

VITA  
S. STVRM J  
PRIMI ABBA-  
TIS FULDENSIS.

NVNC PRIMUM EX LVCYLENTO  
*M.S. Codice Bambergensi in lucem*  
*edita.*

CVRA STUDIOQVE REVERENDI PA-  
TRIS CHRISTOPHORI BROVERI SOCL.  
ETATIS IESV PRESBYTERI.



MOGVNTIA,

Ex TYPOGRAPHIA IOANNIS Albini.

ANNO M. DC. XVI.

ATIV  
S T U R M .  
P R I M I A B B A .  
TIS E A R D I N S I S .  
M U N C H I A M O N E X I N C E N K T O .  
C A R Y S T A Y H O G A E R E A G R E N D I P A .  
T R I C H R I S T O R H O R L A V O A B S S O C I .



LIBRARY  
HARVARD COLLEGE LIBRARIES

3



# REVERENDISSI- MO ET ILLVSTRIS.

SIMO PRINCIPI AC DO-  
MINO. D.

*JOANNI GODEFRIDO, IMPERIA-  
LIS ECCLESIAE BAMBERGENSIS PRAESV-  
li dignissimo.*

CATHEDRALIS COELEGII WIRCE-  
BVRGENSIS AMPLISSIMO PRÆ-  
POSITO  
DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

**B**EATVM Sturmionem Ecclesie Ful-  
densis Archimandritam, & Condito-  
rem, Saxonica gentis inter primos A-  
postolum, ornare, quo potuit stylo, erat  
animus, & luce donare publica. Simpli-  
cem ei cultum, & primum, quo scie-  
bam delectari, quærebam: at perquisitis & excusis omni-  
bus custodia libraria latebris, dolebam Fuldensibus tan-  
tum subtractum melioris vita exemplum: & Conditoris  
ereptam sublatamue, iniuriâ, memoriam. Evidem con-  
fectatus extrema omnia, ad colorē & sanguinem non  
perueni: imitatus fateor, qui herbas exoticas, quas pere-  
grini soli presentare nequeunt, quam proximè possunt,  
coloribus exprimunt, & lineamentis adumbrant. Tu  
Reuerendissime & Illustrissime Antistes, quantus, quā-  
T 2 tus est,

## DEDICATIO.

tus est, ipsum Sturmionē, qualem se viuentem agnoscere  
peret, nobis, pulcrū virtute, moribus elegantē, & perfectū  
exhibuisti. Vindicasti eū à tenebris; atq; ut suis, multisq;  
praluceret alijs, non uni Bibliotheca, sed plurimis volui-  
sti dicari; ut eius immortalis anima, nō in uno sed diuer-  
sis iā locis loquatur: quale Eremitam sibi fecerit S. Boni-  
facius: quale amicum recuperauerit Pipinus: qualem Le-  
gatū in Boios ad Thassilonem ducē, Carolus miserit ma-  
gnus: qualem deniq; Saxones Apostolū, qualem Ecclesie  
sua Cōdītorem habuerit ditio Fuldensis. Qui igitur olim  
spondebam fore, ut multo maxima ei haberetur gratia,  
quicunq; genuinam, & ut à maiorib. descripta, S. Stur-  
mionis vitam vindicaret, quidni ego Praefuli & Sacer-  
doti Ornatisimo, & de sua & cōmuni Ecclesia Catholi-  
ca, imò de Societate nostra indies praeclarè merenti, publi-  
citus iam grates gratiasq; dicam & habeam: qui nō tam  
S. Sturmionis mutam vitam, q; viuam & loquentem i-  
psiis imaginem, morib. referre studeat. Qua ppter, me, cū  
bonis omnib. semp̄ vota facere par est: ut Deus Opt. Max-  
banc Celsit. T. mentem semp̄ cōseruare velit: qua p vigilā  
tia muneric, & animi insita magnitudine, salutem affer-  
re & consulere, nō presentib. tantum sibi q; subditis, sed po-  
steris etiam & absentib. gratum facere, ipsisq; Celitibus  
honores, & nouam quandam immortalitatem dare ge-  
stiat. Ita, precor, & votorum unā pignus hoc sisto, quan-  
diu quidem extare poterit, & uiternum. Fulda. Anno gra-  
tia MDCXIV. XXIV. Augosti.

Celsitudini Vestrā inter primos deditus  
quam subiectissime

Christophorus Brouverus.

PRO-

PROLOGVS AEGIL  
ABBATIS DE VITA STVRMI  
PRIMI ABBATIS ET FVNDAT-  
TORIS FVLDENSI

COENOBII.

**A**Sfiduè & amore diuino accensam, &  
sancto indefinenter studio repletam, O  
Virgo Angildruth, semper agnoui. Id-  
circo petitionibus tuis parui. Poscebas  
enim, vt initia & vitam sancti ac venerabilis Abba-  
tis Sturmi tibi exponerem; ac primordia monasterij  
sancti Saluatoris, quod ab eo fundatum atque con-  
stitutum est; quodque alio nomine appellatur Fulda;  
conscriberem: Causas quoque eiusdem Cœnobij  
conijcerem, & sincere narrarem. Feci secundum  
paruitatem ingenij mei, quod postulasti; & quem-  
admodum à viris satis fidelibus; immo vasis Christi;  
illius viri principia & conuersationem; & fundami-  
na prædicti Monasterij agnoui, huic vt potui libello  
ingessi: nec non & earum rerum diuersitates, quas  
istius sæculi cursus indefinenter patitur, sicut ipso-  
rum relatu, vel meo obtutu, expertus sum, similiter  
inserui. Nam & ego Ægil in discipulatu illius plus  
quam XX. annos conuersatus eram, & sub ipsius

*Ægil discipulus S.  
Sturmianus  
20. annis.*

T 3 Cœno-

DE SANCTO

Cœnobij disciplina ab infantia, vsque in hanc æta-  
tem, nutritus & eruditus sum. Quapropter nonnulla  
eorum, quæ scripsi, vidisse me testatus sum. En-  
habes, quod poscebas, putatuum, nomini tuo di-  
catum, tibique tuendum derelictum. Tu inuidorum  
maledictis responde; tu me magis beniuolum,  
quam præsumptuosum, defende; tu me apud  
Christum verum sponsum tuum, sanctis  
orationibus tuis sus-  
tenta.



IN

## INCIPIT LIBER.

**S**EMPER quodam sanctus ac venerandus Archiepiscopus Bonifacius Noricam regionem ingressus, cum Sacerdotes & vniuersos Ecclesiæ ordines ad Catholicam imbueret fidem, cunctosque ibidem hæreticorum errores ab Ecclesijs repelleret; Christi populos quoque gentis illius, licet essent Christiani, ab antiquis tamen Paganorum contagis, & peruersis dogmatibus, veracibus Christi doctrinis cohiceret, cæperunt ei certatim nobiles viri, in seruitium domini, nutriendas suas offerre suboles. Tunc etiam puer Sturmi, precatu parentum, ab eo suscepimus. qui Norica Provincia exortus, nobilibus & Christianis parentibus generatus & nutritus fuit. Qui carnali quidem relicta cognatione, nostræ redēptionis secutus \* peregrinatio nis viam cum Episcopo pariter, à quo erat suscepimus, flente vniuersa parentela, grataanter arripuit. Cumque pluribus Provinciis peragratis, ad Friteslar Hessionum in regionem Sancti viri Cœnobium tandem peruenissent, nobilem puerum suo cuidam Presbytero, nomine Wigberto, sanctus commendauit Episcopus. Adhibitâ tunc omni diligentia, Presbyter sanctus puerum Sturmen ad Dei Omnipotentis seruitium instituere studuit. Psalmis tenaci memoriarum traditis, lectionibusque quamplurimis, perenni commemoratione, firmatis, sacram cœpit Christi puer Scripturam spirituali intelligere sensu; quatuor Euangeliorum Christi mysteria studiosissime curauit addiscere; nouum quoque ac vetus Testamentū, in quantum sufficiebat, lectionis assiduitate in cordis uithesaurum recondere curauit. Erat quippe, ut scriptum est, meditatio eius in lege Domini die ac nocte; profundus in sensu; sagax in cogitatione; prudens in sermone; pulcro aspetto; gressu composto, honestis moribus, vitâ immaculatâ. Caritate, humilitate, mansuetudine, alacritate, omnium in se traxit amorem. Post non longum temporis Presbyter, omnium voluntate, omniumque consensu seruorū Dei, ordinatus, cœpit mystica dicta Christi circumquaque, temporibus oportunis, populis instanter prædicare. Sacra etiam virtutes, per diuina sancti Spiritus charismata siebant ab eo plurimæ. Quoties per sancta orationum studia, in Dei nomine, immundorum Spirituum habitationem à peccatoribus Christianis expulit? Quoties per impositionem manus, per humilem orationem

Fuld. ann.  
tig lib 3.  
cap 1.  
S. Bonifac.  
Noricam  
obit.

Sturmi ar-  
bilis puer  
offeretur a  
parentibus  
S. Bonifacio  
\* Exemplar

S. Wigber-  
to Fritesla-  
ria in des-  
plinam  
traditur.  
B. Sturmi  
educatio.  
Scriptura-  
rum studiis

S. Sturmi  
anima cor-  
porisque  
dates.

Presbyter  
factus.

Eius Pra-  
dicatio.

Miracula.

tionem, ab aduersis valetudinibus sanauit ægrotos? Quoties serpentinis infecta corda venenis, doctrina salutari subueniens, letale virus, quod pestiferè latebat, medendo curauit? Discordes, pacerupta, ad concordiam caritatis redire ante solis occasum imperauit; patientiam, animi mansuetudinem, Spiritus humilitatem, cordis longanimitatem; fidem, spem atque caritatem, omnes habere docuit. Cumque pene tribus annis sic Presbyteratus sui, prædicando ac baptizando, officium gereret in plebe, cælesti illi inspiratione cogitatio incidit, in cor; ut arctiorise vita, & Eremi squalore constringeret. Huius cogitationis iugem memoriam singulis momentis & horis gerebat in pectore, donec diuina admonitione instrutus, viro Dei Bonifacio Archiepiscopo, quod animo occultè conceperat, spirituali Magistro reuelauit. Quo comperto, Vir sanctus, à Deo hanc inspirationem descendisse intellexit, gaudensque, quod dominus illum per suam gratiam admonere dignatus est, tali studio deuotissimus fautor grataanter exitit. Adiunctis ergo ei duobus comitibus, omnibusque diligenter instructis, oratione facta, & benedictione super eos data, Pergite, ait Episcopus, in hanc solitudinem, quæ Bochonia nuncupatur, aptumque seruis Dei ad inhabitandum exquitite locum. Potens est enim Deus parare seruis suis locum in deserto. Perrexere itaque illi tres ad heremum, ingressique solitudinis agrestia loca, præter cælum ac terram, & ingentes arbores pene nihil cernentes, deuotè Christum poscebant, ut pedes illorum in viam patis dirigeret. Die tertio peruererunt ad locum, qui usque hodie\* Hersfelt dicitur. Visis exploratisque ibidem locis circumquaque positis, Christum sibi locum illum ad inhabitandum, benedici poposcerunt, atque in loco illo, ubi nunc Monasterium situm est, parua \* arborum corticibus tecta instruunt habitacula, manseruntque illic tempus non modicum, sacris ieiunijs & vigilijs, atque orationibus Deo seruientes. Post aliquantum vero temporis sancto studio repletus Sturmi, egressus de heremo ad sanctum Archiepiscopum Bonifacium perrexit; eique & loci positionem, & terræ qualitatem, & aquæ decursum, & fontes & valles, & omnia, quæ ad locum pertinebant, per ordinem exposuit. Quod vir sanctus Bonifacius Archiepiscopus diligenter audiens, & prudenter secum pertractans, Heremitam suum omni caritatis affectu suscepit, secumque habitare aliquantis per imperauit. Post colloquium autem dulce, quod habuit cum magistro, & vberes sacrarum scripturarum consolationes, Episcopus taliter locutus est. Locum quidem, quem repertum habetis, habitare vos propter vicinam barbaricæ gentis pertimesco. Sunt enim, ut nosti, illic in proximo fero-

Eremi de  
siderio flu-  
grat post  
triennium  
Prædica-  
tionis.

Vocationis  
sua confi-  
lium S. Bo-  
nifacio a  
perit.  
S. Bonifa-  
cius probat  
faverque.

S. Sturmi  
eremum  
petit cum  
duabus fo-  
cisi.  
Lec. 1.  
\* Hersfel-  
feld aut  
Hersfelt.

\* eis.  
S. Sturmi  
prima man-  
sio ubi nuc  
Hersfel-  
densis Ab-  
batis.  
S. Bonifa-  
cius super  
hac man-  
sione con-  
sultus eam  
dissuader.  
S. Sturmi  
cum S. Bo-  
nifacio fa-  
miliaritas.

## S T U R M I O N E.

9

ces Saxones. Quapropter vobis remotiorem, & inferiorem in solidudine requirite habitationem, quam sine periculo vestri colere quæatis. Tunc vir beatus Sturmi cognitis omanibus, quæ ei fuerant à beato imperata, sacris eius doctrinis imbutus, animoque confortatus, de inquisitione loci sollicitus, ad heremum alacriter perrexit. Qui cum ad suos peruenisset socios, in prædictis eos repetit habitaculis suum anxiè præstolari aduentum. Quos cum vidisset, ab Episcopo verbis pacificis illos salutauit, eosque multum & de aduentu suo, & de Episcopi narratione consolatus est. Cumque per ordinem eis verba sancti exposuisset Episcopi, assumptis secum duobus fratibus, ascenderunt nauem superiora petentes loca per alueum Fuldæ fluminis nauigio pergere cæperunt, lustrantes vbiique loca, ad omnium torrentium vel fontium ora. Nauim egressi perambulantes circumquaque & considerantes terram, montes, colles, superiora & inferiora, explorantes, vbi Dominus seruis suis in solidudine ad inhabitandum aptum demonstraret locum. Tertio demum die, ad locum peruererunt, vbi flumen, quod dicitur Ludera, intrat in Fuldam. Inde reuersa naue, cæperunt ad propriam remeare Cellam, nihil tale reperientes, quod eorum placuisset obtutibus, præter, quod paulisper demorati sunt in loco, qui dicitur \*Rohenbah, vbi eis visum fuerat posse seruos Dei vt cunque esse: non tamen per omnia æstimantes venerando Episcopo placuisse. Qui, cum pereiusdem fluminis alueum, re nauigarent, post non longum tempus, ad sua paupercula peruererunt habitacula; tum Christum ibi omni tempore deprecantes, ut eis desideratam ostenderet heremi habitationem, vbi secundū preceptum beati Bonifacij Episcopi possent iugiter domino securi deseruire. Sic in Dominis eruitute, die noctuque \*ieiunijs, vigilijs & orationibus perseverantes, Domini Dei sui memoriam non amitterebant; dicentes in corde suo, *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear.* Laus quoque Christi continua in ore pariter & corde ipsorum resonabat; implentes illud Psalmographi: *Benedicam Domino in omni tempore, semper laus eius psal. 33.* in ore meo. Tunc sanctus Episcopus Bonifacius memor Eremitæ sui Sturmi, quodq; de inquisitione loci habuisset peractum admirans, nuntium misit, qui illū rogaret concitè ad se venire. Quo dum properè nuntius venisset, reperit eum in supra memoratis insistere habitaculis. Cui honorificè salutato, venerādus, ait, Pater noster Episcopus multum te videre desiderans, rogauit vt ad eum, si nō graueris, venias. habet enim necesse multa tecum conferre. Auditis itaque eius sermonib; vir studiosus Sturmi, humile responsum reddidit, di-

Eius ad Solarios suos rediit.

Nauali g. pedefrissit  
vtere perla-  
frat Boni-  
thonia so-  
lidudinem.

Ludera ac  
miss Ful-  
dam in-  
trat.

\* Roden-  
bach.

Fulda na-  
vigatio.

\* in  
S. Sturmi  
vita soli-  
taria.

psal. 33.  
S. Bonifa-  
cii B.  
Sturmi  
ad se euo-  
cat.

cens: Christo Deo gratias ago, quod meæ paruitatis memor tantus Pontifex, ad me in hanc solitudinem suum nuntium destinare dignatus est. Vocatisque ad se fratribus præcepit aduenienti nuntio caritatis officium impendere. Qui diligenter eius præceptum implentes, ei mensam posuerunt, cibos quos habuerūt offerentes. Quo refecto, fratres ei abeundi licentiam poposcerunt. Tunc, vocato ad se, vir Dei, nuntio, gratias ei fatigationis suæ referens, dixit: Sanctum Bonifacium Pontificem, à nobis seruis suis pacificis salutato sermonibus, eique dico, quod post te quantocuyus potero properabo: benedixitque illum, & abire permisit. Sequenti verò die, petitâ à fratribus benedictione, vir Dei Sturmi statim profectus est, arreptoq; itinere ad Seleheim, vbi sanctum comperit Episcopum, properauit. Die autem secundo quo pfectus est, ad Episcopum ambulando peruenit, & in loco eum superiorius dicto Fideslar inuenit. Cumq; indicatū sancto fuisset Episcopo, Heremitam suum Sturmen affuisse, statim illum præcepit ad se duci. Cumq; adductus fuisset ante eū, ad terram se humiliter prostrauit, & salutato Pontifice, se benedici poscebat. Cui benedicto & resalutato, ad se accedere eum iussit, & osculato eo, iuxta se sedere præcepit; & cum omni caritatis affectu in aduentu illius lætatus est; rogauitq; eum, ut aliquantulum, propter eius amorē & presentiam, si bi à constituto iejunio indulgeret. Quod vir Dei cum magna agens discretione, propter reuerentiam summi sacerdotis & Magistri, assensit. Totum sanctum, inquit, credo, quod à vobis mihi fuerit imperatum. Mensa posita in præsentia Episcopi fuit; suscepitis coram eo cibis, quos ille præcepit honestè comedere. Cui refecto, feculoq; leuato, surgens Episcopus adduxit tecum in secretiorem locum Solitarium suum, vbi diutissimè de spiritualibus tractauere rebus, & de conuersatione multum disputauere. Erat quippe Pontifex sanctus nimium animo intentus, quod postea claruit, monachicam in solitudine instituere conuersationem. Vnde etiam tunc inter cetera colloquia perconctatus est, quod de exploratione loci habuisset actum. Cui adueniens anachorita Sturmi respödit. Navigauimus, inquit, sursum per alueū fluminis Fuldae; per plures dies nihil tale reperimus, quod vobis laudare præsumamus. Intellexit sanctus Episcopus prædestinatum adeo locum necdum fuisse reuelatum; \* prophætica voce locutus est ei, dicēs: Locus quidem in illa solitudine à Deo paratus, quem quādo vult Christus seruis suis \* ostenderet. Quapropter noli de inquirendo cessare, sciens & credēs, quod eum absq; dubio ibi reperies. Sic eum certum de loci inuentione factum, & ad monastica vitæ amorem incitatum, & de spirituali contra

S. Sturmi  
hospitale-  
zus.

S. Sturmi  
Bonifaciu  
s accedit  
Fidesla-  
ria.

Congressus  
Schema.

Refectionis  
& Collo-  
quij.

Manegiat  
Sturmis  
adverso flu-  
mine.

\* quare.  
S. Bonifacij  
vaticinii  
de arca  
Euldenis.  
Monaste-  
rij  
\* offendes.

**Contra Zabulum certamine multum imbutum, ad dilectam remea-**  
**re permisit heremum. Qui cum suā peruenisset ad Cellam, quæ in Cella S.**  
**loco superius iam comprehenso Hersfelt fuerat constructa, saluta-**  
**tis fratribus, quos ibidem reperit, præceptum ac promissum sancti Sturmio**  
**exposuit Episcopi. Cumq; parumper penes ipsos fessus respirasset,**  
**strauit asinum suum, sumptoq; viatico, solus profectus est, iter suum in Hers-**  
**Christo, qui est via, veritas & vita, cōmendans, solus omnino sedens feld.**  
**super asinum, per vastissima deserti loca pergere cœpit. Tūc auidus**  
**locorum explorator, vbiq; sagaci obtutu montuosa atq; plana per-**  
**lustrans loca, montes quoq; & colles, vallesq; aspiciēs, fontes & tor-**  
**rentes, atq; fluuios considerans, pergebat. Psalmos vero in ore reti-**  
**nens, Deum gemitibus, animo ad cœlum levato, orabat; ibi tantum-**  
**modo quiescens, vbi eum nox cōpulit habitare; & tunc, quando a-**  
**licubi noctabat, cum ferro, quod manu gestabat, sepem cædēdo li-**  
**gno in gyro composuit, ad tutamen animalis sui, ne feræ, quarum**  
**perplura ibi multitudo erat, illud deuorarent. Ipse autem in Dei**  
**nomine signo Crucis Christi fronti impresso, securus quiescebat.**  
**Sic vir sanctus armis spiritualibus perornatus, lorica iustitiae totum**  
**corpus induens, scuto fidei pectus muniens, caput galea salu-**  
**tis protegens, gladio verbi Dei accinctus, ad certamen contra Dia-**  
**bolum processit. Tunc quadam die, dum pergeret, peruenit ad viā,**  
**quæ ad Thuringorum regionem, mercandi caula ad Magontiam**  
**pergentes dicit, vbi platea illa super flumen Fulda vadit; ibi ma-**  
**gnam Sclauorum multitudinem reperit, eiusdem fluminis alueo**  
**lauandis corporibus se immersisse. Quorum nuda corpora a-**  
**nimal, cui præsidebat, pertimescens, tremere cœpit, & ipse vir Dei**  
**eorum factorem exhorruit. Qui more gentilium, seruum Domini**  
**subfannabant, & cum eum lēdere voluissent, diuinâ potentia com-**  
**pressi, & prohibiti sunt. Vnus autem ex illis, qui erat ipsorum inter-**  
**pres, interrogavit eum, quo tenderet. Respondit, in superio-**  
**rem partem heremi se fore iturum. Sicque vir Dei, per horren-**  
**dum solus pergens desertum, præter bestias, quarum in eo fuit ab-**  
**undantia, & auium volatum, & ingentes arbores, & præter agre-**  
**stia solitudinis loca, nihil cernens, tandem quarto die prætergredi-**  
**ens locum, vbi Monasterium situm est, superiora petens, vbi flu-**  
**men, quod dicitur Gysilaha, Fuldae alueo se immiscet; deinde pau-**  
**lo superius progressus, vbi semita fuit, quæ antiquo vocabulo**  
**\* Ortesueca dicebatur, post occasum solis peruenit; ibique se &**  
**asinum suum munire, propter nocturnos incursus satagens. Cum**  
**autem ibidem seno nocturnis castris munire curaret, audit procul so-**  
**nitum aquæ; quod utrum feræ, an homo fecisset, ignorabat.**

Stans silenter, intentis auribus auscultabat; audit iterum sonitum aquæ. Tunc, quia vir Dei clamare noluit, cauam ferro, quod manu ferebat, pulsauit arborem, intelligens hominem esse, nutu Dei. Ille verò, cum audisset sonitum pulsantis, illuc properans proclamauit. Qui cum appropinquasset, videntes alterutrum mutuo se salutauerunt. Cumque eum homo Dei interrogasset, vnde veniret, respondit, se de Wedereiba venire, domini sui Orcis equum in manu ducere. Collocantes itaque se ibidem, pariter nocte illa mäserunt. Erat quippe ille homo locorum in solitudine peritissimus. Cumq; illi vir domini, quod animo gestabat, & quid gereret reuelasset, cœpice ei locorum nomina indicare, & torrentum & fontium fluenta denuntiare. Qui cum tunc in illo fuissent loco, qui antiquo vocabulo Ahloh nuncupatur, mane surgentes inde, alterutrum se inuenientem benedixerunt, & statim vir secularis ad Grapfelt, per viam suam, pergere cœpit. Seruus autem Domini statim inde reuersus, Domino Christo iter suum, & spem omnem commendans, per desertum, more suo, pergere cœpit solus. Qui cum Ailoha gradiebatur, & ei illic terra displiceret, venit ad torrentem, qui usque hodie

*Ahloh. vel  
Aichloch.  
Quercilo-  
eum.  
Grapfelt.* Grezibach dicitur; visisque illic loci positionibus & terræ qualitatibus, paulisper remoratus est. Inde regressus pusillum, ad benedictum, & à Domino iam dudum præparatum peruenit locum, ubi nunc sanctum situm est Monasterium. Quo cum peruenisset, statim sanctus vir Sturmi, immenso repletus gaudio, alacer & exultas ibat. Intellexit enim permerita & orationes sancti Episcopi Bonifacij talem sibi locum esse à Domino reuelatum. Tunc circumquaque iens per singula, quæ aspiciebat, Domino gratias referebat. Quanto longius & latius gradiebatur, tanto amplius gratulabatur. Cumque ibi, loci pulchritudine delectatus, non modicum diei spatium gymando & explorando exegisset, benedicto loco, & diligenter signato, gaudens inde profectus est. Igitur vir Dei secundo ad

*Redit Herf-  
feldiam.  
Proficien-  
tur ad S.  
Bonifaciu-* Locum reperiū annunciat, & Monastica ordinem dicit à S. Bonifacio. Hersfelt perueniens, socios ibi suos sanctis insistere precibus reperiebat, loci repertionem quibus referens, eos illuc profecturos secum properare imperavit. Subito ipse petita à fratribus oratione, ad Seleheim petiturus Episcopum, profectus est. Ad quem cum ambulando post dies paucos peruenisset, atque ab eo benignè esset suscepitus, repertum ei locum laudando referre cœpit. Æstimo, ait, dilectum tibi locum nunc esse repertum. Cumque ei loci illius statum, & qualitatem terræ, & aquæ decursum, quæ usque hodie Monasterio sufficiunt, reuelasset, satis alacrem reddit Episcopum; pariterque gratulantes & Domino gratias referentes, suave colloquium inter se, de vita & conuersatione Monachorum, diutissime habu-

*Ex Vede-  
reiba S.  
Sturm pe-  
ritus du-  
ctor obne-  
nit.*

*Ahloh. vel  
Aichloch.  
Quercilo-  
eum.  
Grapfelt.*

*Grezibach*

*Monasterij  
sancti Ful-  
dii area à Stur-  
mione in-  
uenta cale-  
sti in fundo  
Fuld An-  
sig lib 3. c 2*

*Redit Herf-  
feldiam.*

*Proficien-  
tur ad S.  
Bonifaciu-*

*Locum re-  
periū an-  
nunciat, &  
Monastica  
ordinem  
dicit à S.  
Bonifacio.*

habuerunt. Post dulces sermones sanctus Episcopus, retento pa-  
rum per penes se Solitario suo, diligenter eum sanctis instruere cu-  
rauit sermonibus, & sacris Scripturæ sententijs, ad Monasticæ vi-  
tæ amorem incitare. Sic enim vberiore doctrinatum fonte irriga-  
tum, & plurimis sanctæ Scripturæ admonitionibus confortatum,  
ad heremum heremitam suum Sturmum abire sanctus permisit E-  
piscopus. Ipse verò ob confirmationem reperti in heremo loci, ad  
Palatium Regis profectus est. Sturmum autem postquam ad suos  
peruenit in solitudinem socios, & se ad locum, quem repererat, cū  
fratribus voluisse conferre, & non iam tunc, ex quo in heremo ha-  
bitare cœperat, anno ab Hersfelt regressus est: inuidus omnium  
bonarum rerum Diabolus pertimescens seruorum Dei in solitudi-  
ne conuersationem, malorum hominum mentes instigabat, vt  
sanctum seruis Christi contradicerent locum. Sancti verò serui  
Dei, cum prauorum hominum obstinationes, immo Zabuli aduersi-  
tates, ferre necedum possent, diuerterunt inde, & secesserunt in lo-  
cum, qui dicitur Chrihlari. Sanctus quoque Bonifacius Episcopus,  
vt præfatus sum, ad Karlmannum Francorum regem perrexit, &  
humiliter sapienterque ad eum locutus est. Ad perpetuam, in-  
quit, remunerationem vestram cogito, si Deus Omnipotens volu-  
erit, & vestrum affuerit auxilium, in Orientali regno vestro, Mo-  
nachorum vitam instituere, & Monasterium fundare, quod præter-  
itis temporibus ante nos nemo inchoauit. Vnde nunc vestrum in  
hoc pium poscimus adminiculum, quatenus vobis immarcessibile  
munus coram altissimo rege Christo in futuro & infinito maneat  
regno. Habemus enim in solitudine, quæ Bochonia nuncupatur,  
iuxta fluuium, qui dicitur Fulda, locum aptum seruis Dei inhabi-  
tandum repertum, qui ad vestram pertinet ditionem. Nunc ve-  
stram pietatem poscimus, vt nobis locus ille donetur, quatenus  
meo, per vestram defensionem, Christo seruire queamus. Quo au-  
dito Rex, nutu Deigauisus est, & congregans omnes principes  
Palati sui, petitionem Episcopi collaudans indicauit, atq; coram  
eis Episcopo sancto locum, quem postulauerat, tradidit, dicens.  
Locus quidem, quem petitis, & qui, vt assiseris, Eihloha \* nuncupat-  
tur, in ripa fluminis Fulda, quodque in hac die proprium ibi vi-  
deor habere, totum & integrum de iure meo, in ius Domini tra-  
do, ita ut ab illo loco vndique in circuitu, ab Oriente scilicet &  
ab Occidente, à Septentrione & Meridie, Marcha, per quatuor  
millia passuum tendatur. Porrò Rex iussit chartam suæ traditi-  
onis scribi, quam ipse propria manu firmauit. Et misit nuntios  
suos, vt congregarent omnes viros nobiles, qui in regione

S. Bonifaci-  
us ad Ca-  
rolmannū  
is impe-  
trandi loci  
causa.  
S. Sturmio-  
ni in occu-  
patione se-  
dis inuenta  
contradi-  
citur.

Chrihlari  
S. Bonifaci  
ad Carolo-  
mannum  
oratio.

Bochonia  
solitudo.

Carolomā-  
ni & Prin-  
cipum Pa-  
latij affen-  
sus Dona-  
tionis.  
\* Aichlo-  
cha.

Vero rum  
nobiliū in  
Grapfeldia  
affessus.

Grapfelt cōm̄orassent, vt eos Regis sermonibus rogassent, vt omnis, quicunque in loco illo aliquid proprium videretur habere, quemadmodum fecit Rex, ita & ipsi tradendo facerent. Cumque ad conditum diem omnes fuissent congregati, aduenientes Regis nuncij, Omnes vos, inquiunt, Rex suis salutare præcepit sermonibus, poscebatque & imperabat, vt omnis, qui aliquid proprietatis visus fuisset habere in loco, qui dicitur Eihloha, seruis Dei inhabitandum totum traderet. Qui cum hoc audissent, nutu Dei statim cum omni diligentia, quidquid ibidem habere potuerunt, viro Dei Sturmi totum tradiderunt. Igitur hac traditione vndique firmata, & loco illo de iure hominum in ius Domini tradito, beatus Sturmi in Dīyclar \* perrexit ad Fratres. Inde non post multos dies surgens, assumptis Fratribus secum septem, commigravit ad locum, vt nunc Sanctum situm est Monasteriū, & Anno Incarnationis Christi septingentesimo quadragesimo quarto, regnantibus in hac gente Francorum duobus Fratribus, Karlmanno atq; Pyppino, indictione xii. mensē primo, duodecimo die Mensis eiusdem, sanctum & à Deo dum prædestinatum ingressus est locum. Dominum Christum illum semper tueri, & sua inuicta potētia defendi, implorabāt, sanctis Domino psalmodijs, & ieunijs, vigiljsque & orationibus, die noctuque famulantes, silvas cädere, & locum mundare proprio labore, in quantum præualuerunt, studebant. Expletis autem duabus Mensibus, venerandus ad eos Archiepiscopus Bonifacius, cōgregata hominum multitudine perrexit, conspectis cunctis loci illius commodis, & vtilitatibus immensis exploratis, in spiritu sancto exultabat, grates Christo referens & laudes, quod seruis suis talem in heremo tribuere dignatus est habitationem. Hominibus

Habitatio  
in monte  
Episcopi.  
Sylva &  
arborum  
cades & re-  
purgatio.  
\* Rase,  
Germanus  
Cespes.  
S. Bonifacij  
iteratus  
accessus, &  
institutio  
Monachor.  
Fuldano-  
mendat  
Monasterio

verò, qui cum eo venerunt in locum, vbi ei, & seruis Dei pariter cum eo visum est, Ecclesiam ponere, & fructa quæq; cädere imperauit. Ipse se in montem, qui usque hodie Mons Episcopi appellatur, contulit; vbi iugiter Dominum orabat, & ibi sacris librīs scrutando insudabat, & propter hoc Monti vocabulum indidit. Post viii septimanæ impletionem, dirutis innumēris siluis & arboribus, & rase \* ad calcem faciendam cōposita, Episcopus benedictis Fratribus, & loco Domino cōmendato, cum operarijs, cum quibus venerat, inde migravit. Altero autem anno sanctus Episcopus iterum illuc properans, ad nouellum Cœnobium peruenit suum; quod iam tunc, propter meatū fluminis, Fulda vocari inchoauerat; visis Fratribus, salutatisq; penes ipsos, cōplures expleuit dies; in quibus nouellos Monachos suos instruere curauit,

&amp; mo-

S. Sturmi-  
en tradis-  
sur regio  
condens  
Monasterij  
\* Chrichclar  
Anno  
DCCXLIV  
inchoatus  
Fuldaense  
Monasterie  
vniuersitatis.

S. Bonifacij  
accessus ad  
monum  
Monasteriū.

Habitatio  
in monte  
Episcopi.  
Sylva &  
arborum  
cades & re-  
purgatio.  
\* Rase,  
Germanus  
Cespes.  
S. Bonifacij  
iteratus  
accessus, &  
institutio  
Monachor.  
Fuldano-  
mendat  
Monasterio

## S T U R M I O N E.

15

& monasticæ Regulæ disciplinas, secundum sanctæ Scripturæ traditionē, statuere apud ipsos nō cessabat. Qui, cum Fratribus sacras exposuisset Scripturas, & quod nusquam vinum Monachorum legeret esse, consensu omnium decretum est, ut apud illos nulla potio fortis, quā inepti possit, sed tenuis ceruisia biberetur. Quod post plures annos, crescente familia, propter ægrotos & imbeciles, tempore Pyppini Regis, synodali decreto, immutatum est; aliqui tantum ex Fratribus, usque ad finem vitæ suæ, se à vino & ceteris fortibus potionibus abstinuerunt. Post non multum secretè habito cum Sturmi colloquio, quo eum, qualiter præesse ceteris deberet, docuit, & post uberrima documenta & monita, quibus Fratres, qualiter obedire & subesse deberent, imbuit, salutatis ipsis, Christoque eis commendatis, inde profectus est. Sic vero <sup>S. Bonifacij</sup> solebat s̄epe illos visitare ipse; & per singulos annos, quantis vicibus licuit propter Episcopalem curam, quam plurimam habebat in populo, venire & morari apud locum illum, & propriis manibus operari studebat, & sepe in dilecto sibi monte, superius dicto, mysticas scrutando Scripturas, & Christum familianter orando, insidiebat. Porro, cum Fratres Regulam sancti Patris Benedicti in hiante obseruare desiderassent, & ad monasticæ disciplinæ normam sua corpora mentesque toto animo inclinarent, consilium utile inierunt, quatenus aliqui ex ipsis ad magna alicubi mitterentur Monasteria, ut Fratrum ibi concordiam & conuerationem regularem perfectè discerent. Quod cum sancto fuisset indicatum Episcopo, prudens illorum collaudauit consilium; & hanc legationem studio Sturmi iniunxit. Qui, præparatis itineris necessarijs, assumptis secum duobus Fratribus, quarto ad locum prædictum ingressione anno, Romam profectus est; atque in illa terra, cunctis Monasterijs lustratis, & omnium mores ibi Fratrum consistentium, traditionesque Monasteriorum ad plenum discens, integrum annum apud illa Monasteria perseverans, secundo inde anno, repletus quibus viderat virtutibus, regressus est. Cum ad hanc, Domino opitulante, terram perueniret, correptus morbo apud Chitzzinga Monasterium, hebdomadas quatuor ægrotauit. Tunc ex infirmitate conualuit, & ad Episcopum Bonifacium, qui tunc forte in Turingia fuit, perrexit. Quo viso nimium Episcopus gauisus, & Domino aduentus sui gratias referens, multum ab illo de regionibus, quibus venerat, percondatus est. Et dum eum prudenter mores gentis illius, & disciplinas Monachorū referre agnouit: Vade, inquit, & no eccliam Monasterium Fuldam, ad instar morū <sup>fit.</sup>

Vini potu  
se abdicant  
Cerniam  
sancient.

<sup>Moderatio</sup>  
decreto.

<sup>S. Benedicti</sup>  
Regulada-  
lecta.

<sup>Antiq. Fuld</sup>  
lib 3 c 3  
<sup>Ad hanc</sup>  
<sup>descendamus</sup>  
<sup>Sturmi in</sup>  
<sup>Italiam</sup>  
<sup>mittatur</sup>  
<sup>Monaste-</sup>  
<sup>ria multa</sup>  
<sup>perlustrar.</sup>

<sup>Morbo in</sup>  
<sup>Franconia</sup>  
<sup>decumbit.</sup>  
<sup>Chitzzin-</sup>  
<sup>ga hodie</sup>  
<sup>Kitzingen</sup>  
<sup>S. Bonifacio</sup>  
<sup>se in Thu-</sup>  
<sup>ringia se</sup>  
<sup>fit.</sup>

Mo-

*Fuldenſi-  
bus Mona-  
chis exem-  
pla & pre-  
cepta bene-  
vniendo  
eradit.*

*Obſeruatio  
Regula.*

*Monaſterij  
Fuldenſis  
incremen-  
to.*

*S. Bonifacij  
in Frisiaans  
sancta ex-  
peditione.*

\* non

*Martyrii.*

*Marty-  
rum corpo-  
ra ad traie-  
ctensis clero  
exportata  
ex Frisia.*

Monachorum, quorum ibi vitam contemplatus es, quantum quiueris, instituas. Statim vir beatus Sturmi, petita ab Episcopo oratione, perrexit ad heremum; gratusque suis ad videndum fratribus, die quarto aduenit, quibus ea, quæ in Italiae partibus, & Tusciae prouinciæ monasterijs à sanctis Patribus didicerat, & verbis prudentibus prompsit, & exemplis in semetipso monstrauit. In

omni enim disciplina, quam fratribus posuit, prius semetipsum exercere curauit, ne forte quispiam de illo dicere potuisset: Cur hæc, quæ doces, ipse non facis? Desiderium tunc ingens inerat fratribus, ad omnia, quæ eis dicta vel ostensa fuerant sanctorum exemplis, semetipso toto adnisu aptare, & Regulam sancti Benedicti, quam se implesse promiserant, ad omnia obserabant.

Annos sic plurimos in sanctis moribus, degentes, Monasterium aduentatione multorum crescebat. quoniam multi ad seruiendum Domino se ibi, & suas possessiones tradiderunt. Crescente ita familia Christi, & loco multiplicari inchoante, fama illius bona in vniuersas prouincias diffunditur, & rumor eximius per longè posita monasteria ad omnium sanctorum fratum peruererat aures. Cumque plurima illic monachorum congregatio, sub sanctæ regulæ disciplina, districtam duceret vitam, sanctus eos visitare Episcopus per plura studuit tempora, misertusque illorum paupertati, aliquas ei villulas, ad exquirenda cibi necessaria, tri-

buit. Anno decimo postquam ad Sanctum commigravit locum, sanctus Archiepiscopus Bonifacius, inito cum rege, & ceteris Christianis, consilio, ad vleriora Frisonum loca, paganico ritu dedita, ingressus est; ingentemque ibi multitudinem hominum Domino, docendo & baptizando acquisiuit. Inde post multum temporis migrans, sospes ad suas in Germaniam peruenit ecclesiias. Sequenti vero anno iterum ad aquosa Fresonum peruererat arua, cæptum opus prædicationis implere desiderans. Quo cum peruenisset, & die quadam ad suam doctrinam populum conuocasset, venerunt unusquisque de loco suo, non quasi humiliter ad verbum Domini audiendum, sed Spiritu maligno inflati, cum infestis armis, ad sacra sermonis Domini festa proruunt; & sanctum Christi Antistitem ferro trucidarunt, omnemque eius comitatum gladijs necauerunt.

Episcopo verò, & ceteris quampluribus cum eo martyrio coronatis, ex superiore Fresonia ad Trech scilicet, cænobio fideles venientes fratres, rapuerunt corpora sanctorum martyrum, & ibi in sepulcris alia posuerunt, alia vero assumentes secum, sancti videlicet Bonifacij Episcopi, & Sanctorum, qui cum eo pariter passi sunt Presbyterorum & Diaconorum; & vnius Episcopi nomine Eoban, cuius

cuius corpus assumentes, caput eius ab hostibus abscissum repe-  
rire non poterant. Quo cum peruererunt, sancti Episcopi  
Bonifacij in minore, quæ eis vicinior erat, ecclesia, cum graba-  
to, quo à naui ferebatur, statuerunt; cetera martyrum corpora  
sepulturæ tradiderunt. Tunc omnes loci illius habitatores con-  
cilium grande inierunt, quatenus penes eos in loco illo sancti  
martyris Bonifacij corpus deinceps omni tempore quiesceret,  
magnum vt pote adminiculum sibi fore, si tanti Martyris prote-  
ctio tueretur. Ieiunijs & orationibus indictis, vt sanctus martyr  
apud eos sibi manere dignaretur, Dominum orabant, & locum  
ei ad quiescendum honorifice in Basilica maiore præparabant.  
Sanctus verò martyr ad locum in solitudine, quem ipse sibi ntu  
Dei eligebat, corpus suū deferri voluit, quod statim claruit. Quod  
dum vellent ad alteram portare Ecclesiam, & ibi in sarcophago po-  
nere, accedentes manus suas in feretrum miserunt, nec leuare po-  
tuerunt. Multo plures alij se adiungentes, nec sic quidē feretrum, in  
quo sanctū cadauer iacebat, mouere quiuerunt. Intellexerunt ergò  
eius non esse voluntatē, vt in eodem loco maneret: sed eum ad Mo-  
gontiam ciuitatē debere deferri, pñntiabant. Protinus grabatum  
absq; vlla difficultate leuantes, ad flumenq; portantes, & puppi im-  
ponentes, per Rheni alueū nauim trahere, & superiora petere cæpe-  
runt. Quo audito Sturmi, de Fulda cænobio, in heremo cōstituto,  
cum festinatione obuiam venire curauit, & cū eis pariter perrexit,  
donec pípero & leui transitu ad Mogontiā vrbem peruererunt. Sa-  
cerdotes statim, & omnis clerus vrbis illius, accedētes, sancti Marty-  
ris corpus assumentes, in Basilicam suam cū honore posuerūt. Vni-  
uersi tunc sacerdotes & clerici, & populus omnis, consona pariter  
voce dicebant: Fas non esse, vt sancti Dei martyres aliū deferantur  
in locum; sed vbi Episcopalem sedem viuens habuit, ibi etiā oportet  
re eum corpore quiescere. Insuper etiā de Palatio à rege nuntius ve-  
nit, qui dicit regem imperasse, vt sancti martyris corpus in ciuitate  
eadem, si ipsius esset voluntas, poneretur. Sturmi verò, & qui cum  
eo de Heremo conuenerunt, constanter dixerūt, quod sanctus Epi-  
scopus plerunque apud eos manens, & locum eis, vbi corpus suum  
posuissent, demonstrarit, & quod absque dubio ibi in solitudine vo-  
luisset corpore quiescere. Interea verò, dum in hunc modum con-  
tenderent, & Lullus Episcopus ciuitatis illius omnimodis voluisset  
prohibere, ne beati Martyris corpus ad solitudinem perueniret, no-  
te per visionem cuidam Diacono \* sanctus astitit Episcopus, Cur  
me, inquiens, tardatis ad locum meum Fuldam deferre? surgite;  
surgite, ait, citò, & propere me in solitudinem, ad locum, quem, mi-

S. Eoban⁹  
Episcopi  
corpus.

S. Bonifacij  
corpus.

Ultraieæ-  
sum consi-  
lium de re-  
tinendo a.  
pud se cor-  
pore S. Bo-  
nifacij.

S. Bonifacij  
corpus sit  
immobile.

Mogontiam  
transfer-  
tur.

s Sturmi  
obuiam it  
translatio-  
ns.

Mogonti-  
ensis sa-  
cerdos es  
clerus sibi  
deponit  
Martyris  
pignus  
Rex eis fa-  
uet.

Sturmi pia-  
gnat pro  
Fuldensi  
monaste-  
rio

Lullus pro  
sua sede.  
\* Oberthus  
dicatur  
Orblano li.

2 c 28.  
Visum S.  
Bonifacij  
iubitu fieri  
translatio-  
vem Fuldae

hi prædestinavit Deus, perducite. Qui consurgens visionis, quæ ei fuerat ostensa, ordinem, primo Sturmi, deinde Primatibus cunctis narrauit. Nimio tunc omnes terrore correpti, ultra sancti Martyris inde transitum contradicere timuerunt. Lul tamen, qui illuc erat Episcopus, reuelationem sancti Martyris credere prius nullatenus voluit, quam is, qui visionem viderat, manum sacro altari imposuisset, & cum iuramento hoc, quod viderat, confirmasset. Tum verò secundum Domini potentiam, cuius voluntati con-

*Pisum Lul.  
lo per iura-  
mentum  
confirma-  
tur.*

*S. Martyris  
corpus leua-  
tur & trās-  
fertur Mo-  
guntia.  
in Hoch-  
heim.*

*S. Lullus  
cum clero  
prosegu-  
tur.*

*Fuld an.  
tiq lib 3.  
cap. 4.  
Monasterij  
amplifica-  
tio post S.  
Bonifacij  
sepulturā.*

*Miracula  
S. Bonifacij.  
S. Sturmi  
conuersa-  
sio.*

*B. Lulli cū  
eo simili-  
tas: de qua  
vide No-  
tes.*

*S. Sturmo  
à suo pari-  
eur calo-  
miniam:*

trairi non potest, beati Martyris corpus cum summo honore leuatum est, atq; cum spiritali carmine ad flumen portatum, & nauim impositum, & vique ad Hohheim villam, quæ in ripa Moyn fluminis consistit, nauigio transuestum est. Inde verò post dies paucos, id est, tricesimo passionis eius die, ad cænobium Fuldam, sanctum Sacerdotis deportauerunt cadauer, & in nouum sepulcrum posuerunt. Postera die Lullus Episcopus, cū Clericis & reliqua turba, cum qua venerat, inde migravit. Venerandus tunc Sturmi Abbas cum suis fratribus Christo gratias referebat, quod tantum Patronum, sanctum videlicet Bonifacium, Dei martyrem, iuxta se habere meruerunt. Cæpit deinde post aduentum sancti Martyris, sanctus & electus à Deo crescerelocus, & magnus apud omnes haberi, & Monasterium augeri. vt pote quoniam multi nobiles certatim & concitè properantes, se suaq; omnia ibi Domino tradiderūt. sic cotidie sanctus Monachorū numerus crescens, in Domino confortabatur, & sanctæ cōuersationis disciplinā, indefessa & incessibili perseverantia, fratres ibi Domino seruientes tenuerunt. Quanta verò miracula ibi tunc siebant, quantaq; adhuc cottidie fiunt, alijs plus peritis ad scribendum derelinquo. Sturmi autem amabilis omnibus in monasterio, & foris in populis mirandus, ministeriū suum studiofissimè exercuit, prius semper semetipsum exemplū proponens ceteris, q; verbis docuit, factis ante monstrabat. Lullo tantū fama eius bona displicuit, & semper ppter inuidiā aduersus eū faciebat. Qui cum verbum Domini instantē vbiq; prædicasset, & eum diligenter omnes auscultassent, hostis humani generis inuidus tantā in plebe vtilitatem non sustinens, discordias inter fratres seminare cæpit, & trium falsorum fratrū mentes instigabat, vt fallaces causas cōponerent; Sturmen vero Dei seruū, & fidelem vniuersis, apud regē Pyppi nun accuseret. Hi cum talib; suasionib; diaboli essent seducti, malo inter se consilio inito, in Lulli Episcopi suffragium confisi, perrexerunt ad regem, & beatū virum apud illū accusabant, crimen nescio q; de inimicitia regis obijciētes ei. Cumq; vir Dei Sturmi illuc esset præsentatus, illorū falsitatē patienter sustinens, noluit se magnopere inde

*18*

## S T V R M I O N E.

re inde excusare: sed ecce, testis meus, ait, & conscius mens in excelso; & <sup>Isaia 50</sup>  
 Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Tunc prauorū  
 præualuit voluntas; iussitq; Rex Pyppinus beatum tollere virū, & in  
 exilium cū paucis suis mittere Clericis, id est, ad magnum cænobiū,  
 q; dicitur \* Vnnedica, vbi ab Abbatе, qui illi Monasterio tunc præ-  
 fuit, & ab omnib. fratribus, benignè & honorabiliter est suscep-  
 tus, & ibi per bienniū amandus omnib. exulabat. Quod cum de Fulda  
 cænobia audissent fratres, & eis nūciatum esset de Abbatе suo, qua-  
 liter abstractus erat ab eis, nimiū permoti, & vltra quam diei possit,  
 conflictati sunt. Magna quippe tunc erat cōturbatio in domo Dei.  
 Alij volebāt de Monasterio exire, alij ad Palatiū pergere; alij ieunijs  
 & orationib. Deum omnipotentem exorabāt, vt ipse eis per suā mi-  
 sericordiā subueniret. Tunc rumor eximius omniū aures & ora pari-  
 ter compleuerat, q; beatus Sturmi Abbas à cænobio Fulda esset per  
 consiliū Lulli Episcopi ablatus. Omnes pariter grauiter hoc fere-  
 bant. Non erat in ista orientali plaga Ecclesia, q; non eius plangeret  
 exilium. Lillus interim obtinuit apud Pyppinū regem, munera in-  
 iusta tribuendo, vt Monasteriū Fulda in suum dominiū donaretur;  
 acceptaq; \* superdictione, Abbatē ibi, q; sibi per omnia obtempera-  
 ret, constituit \*\*\* quendam suū, qui dicebatur Marcus. Sed quoniā  
 fratres animos suos ab illo, ppter prioris amorem, auertebant, erat  
 eis quasi extraneus, & nō conueniebant mores ipsorū. Qua incon-  
 ueniētia morū, licet corporib. simul habitassent, mentib. ab inuicē  
 disiuncti erant. Cumq; in tali discordia degerent, & Fratres semper  
 meditarentur, qualiter iterū per Dei gratiam Sturmen Abbatē suū  
 adsciscere potuissent, Marcū, quē inuiti, Lullo faciente, super se Ab-  
 batē acceperunt, eius vltierius controuersiā ferre non valentes, bo-  
 num consiliū inierunt, & eum abiecerūt; & ne illorū vltierius Abbas  
 fieret, vñanimiter cōtradixerunt. Quo amoto, oēs fratres de Mona-  
 stero voluerunt exire, & ad regis Pyppini Palatiū pergere, Abbatē  
 suū à Rege Sturmi postulare. Quod cū Lillus audiret, mitigare eos  
 blandis persuasionib. studuit, pmittens eis, vt ipsi sibi de pprijs fra-  
 tribus inter se Abbatem, quieis placeret, constituerent. Quod cum  
 omnibus placuisse, fratres bonum ex ipsis omnino fratrem, & verē  
 Dei seruum, omnibus bonis moribus ornatum elegerunt, nomine  
 Preszoldum, quē ab infantia sua beatus Sturmi edocuit, & multum  
 amauit illum, ipsum super se Abbatem ordinauerunt, ad hoc tantū,  
 vt illi cum ipso, & ipse pariter cum eis cottidie tractarent, quemad-  
 modū cum adiutorio s. Martyris Bonifacij. & cum omnipotētis Dei  
 gratia, ad hoc peruenire potuissent, vt pristinū suum Magistrū Stur-  
 men à rege Pyppino sibi concedi postularent. Ipse vero Preszoldus

A Pipino  
 mittitur  
 in exilio.  
 \* suspecta  
 vox.  
 Vnedica  
 canobium  
 cum hono-  
 rifice suscep-  
 tis.

S. Sturmis  
 desideriunt  
 sus Fulda  
 relinquit.  
 S. Lullo e-  
 sis abdica-  
 tio implo-  
 ratur.

S. Lullo  
 traditur  
 Field. Mo-  
 nastrium.  
 \* invisa-  
 dione.  
 \* familia-  
 rem.

Marcus  
 Pseudo-  
 maudrita.  
 Schisma  
 Monasterij.

A Mona-  
 chis abici-  
 tur Mar-  
 cus.

B. Lullus  
 facit pore-  
 starem eli-  
 gends noui  
 Abbatu.  
 Preszoldus  
 Abbas eli-  
 gitur.

Preszoldus  
 laudatum  
 regimen.

tempus non modicum fratribus præfuit, & eos cum caritate adūnatos habuit, cum eis pariter die noctuq[ue] mente pertractans, quem admodum Christo fauente, Magistrum & Abbatem suum Sturmē reuocare ad se, per Regis Pyppini voluntatem, pōssent. Porrò,

*Sturmio  
restituendi  
consilia.*

cūm Pressoldus de Patre & Magistro suo Sturme profundē cogitaret, & sancti Fratres cum eo de absentia eius multo mōrōre afficerentur, Dei Omnipotentis præsidium continuis precibus postulabant, vt ipse, cui nihil impossibile est, per suam inuictam potentiam præstaret, quatenus ad eos illorum Magister venire permitteretur.

*Orationes  
pro reditu  
B. Sturmis.*

Quod cum per se diutius fecissent, & omnes Orientales Ecclesiæ per omniaque Monasteria seruorum & ancillarum Dei in circuitu, orationes incessabiles essent ad Deum pro eo, consolator humilium Deus preces exaudiuit supplicantum. Et, quia hoc con-

*B. Sturmio  
renovatur  
à Pipino ad  
palatum.*

stituit, vt postularetur, precibus fidelium annuens, suscitauit cor Pyppini Regis, vt de B. Sturme cogitare cœpisset, & eum de exilio, vbi erat, ad Palatum suum adduci honorifice, præciperet. Qui cum adductus ad Palatum concitè fuisset, & ibi in Capella Regis per plures esset dies Deum orans, expectans quid ei Rex imperasset;

*Pipinus  
Rex ante  
venatione  
numenfa-  
luntat.*

contigit quadam die, vt in venationem Rex pergeret, ac, vt solitus erat, ad orationem primo diluculo veniret, & ceteri serui Dei post vigilias matutinas quiescerent, solus Sturmi vigilabat, & ingressum Regis obseruans, ianuas ei Ecclesiæ aperuit, & cum claro lumine ad orationem ante eum ibat. Rex verò, cum ad sacras aras Deum,

*Cū B. Stur-  
mione re-  
dit in gra-  
tiam.*

Regem humiliter exorasset, erexit se, & alaci obtutu Sturmen intuitus, Dominus, dixit, congregauit nos modo. Et, quid hoc fuit, quod Monachi tui apud nos te accusauerunt, nescimus; & vnde irati fuimus contra te, ignoramus. Sturmī verò constanter ait: Licet à peccatis immunis non sim; contra te tamen, O Rex, delictum non feci. At ille: Siue, inquit, vñquam aliquando contra me nequiter cogitaueris, aut iniquè aliquid gesseris, Deus tibi totum dimittat; & ego ex meo corde ignosco; & deinceps esto, ait, in gratia, & in amicitia mea omni tempore. Tollenque manu sua de pallio suo filum, proiecit in terram, & dixit: Ecce in testimonium perfectæ remissionis, filum de pallio meo projicio in terram, vt cunctis pateat, quod pristina deinceps adnulletur inimicitia. Ita pacati, firmiterque in amicitia fundati, Rex iter, quod cäperat, arripuit. Igitur post tempus breue, Presoldus, & reliqui Fratres de Monasterio Fulda comperientes, quod amandus illorum Magister Sturmi in gratia, & in amicitia Domini Regis esset receptus, cogitauerunt ad Palatum ire, & Regem deprecari pro Magistro; miseruntque ad Palatum postulantes à Rege, Abbatem suum eis dari; sicut om-

*Ritus con-  
donandi  
in iuriam.*

ne,

*Presoldus  
& congre-  
gatio mit-*

Ne quod Deus voluit fieri, facile & absque labore cuenit. Rex verò petitiones Fratrum benignè suscipiens, venerandum Sturmen Abbatem ad illos se mittere promisit. Quod per multas orationes seruorum & ancillarum Dei fieri credimus. Post non multum temporis spatium Rex vocari ad se Sturmen iussit, eique Monasterium Fuldae, quod prius habuit ad regendum commendauit ; absolu tumque ab omni dominio Lulli Episcopi, ad Cœnobium Fuldae eum cum omni honore ire præcepit, & cum suo priuilegio, quod beatus Zacharias Papa, Summus Apostolicæ sedis Pontifex dudum sancto tradidit Bonifacio, Monasterium regeret. Quod priuilegium vñquachodie in Monasterio Fratres, conseruatum habent; quod etiam causam suam, & Monasterij defensionem a nullo alio quæret, nisi à Rege, imperavit. Accepta à Domino Rege potestate, cum priuilegio supradicto, quod de manu Regis acceperat, ad suum perrexit Cœnobium. Diuulgatum tunc statim fuit per cunctas has Provincias, Sturmen venturum fore ad terram hanc, & vbiq; seruis & Dei ancillis per vniuersa Monasteria, mox eius de exilio reditus innotuit ; qui omnes Christo immensas referebant grates. Fratres verò, cum appropinquaasse eum Monasterio cognouissent, sumpserunt Crucem auream, & reliquias Sanctorum, & obuiam ei à Monasterio longius processerunt; salutatoque illo & hiis, qui cum eo venerunt, cum spiritali carmine eum ouantes Monasterium introduxerunt, & Dominum suum laudauerunt, qui eis diu optatum dedit Abbatem. Et facta est latitia magna inter eos. Ipse verò Sturm studio magno deditus, quemadmodum initium faceret, cœpit Fratrum emendare vitam & mores corrigere, & ministeria illorum monastica constituere. Templum, id est Ecclesiam, quod tunc habebant, ornare, & domos omnes Monasterij recentibus columnis & grandibus trabibus, nouisq; tectorum structuris corroborauit. Post autem non longum temporis cogitās, qualiter adimpleri potuisset, quod sancta Regula præfatui, vt artes diuersæ intra Monasterium continerentur, ne forte propter aliquam necessitatem foris vagandi Fratribus opus fieret; congregatis quantis potuit foliatoribus, & vt ipse erat acer ingenio, explorato passim cursu fluminis Fuldae, non paruo spatio à Monasterio, ipsius amnis fluente à proprio abduxit cursu, & per non modica fossata Monasterium influere fecit, ita, vt fluminis impetus lætificaret Cœnobium Dei. Quantum illud opus Fratribus profuit, quantumque utilitatem adhuc cotidie ministret, & cernentibus, & videntibus manifestum est. Super sepulcrum verò beati Martyris Bonifacij, auro argentoq; compositam statuit arcam, quam nos solemus Requiem appellare.

*tunc ad  
Palatium  
Sturmin  
repetentes.*

*B. Sturmis  
restabatur  
veteris con-  
cessio princi-  
legio Zachae  
ria p de me  
mediata  
subiectione  
S. A.  
Procedio-  
nis Regia  
Privilégii.*

*S. Sturmi-  
us honoris-  
fico occurſia  
a suis exci-  
pitur.*

*S. Sturmi  
post rediſſio  
præclaræ  
opera in  
governan-  
do Mona-  
sterio.  
Inſtruc-  
tio templi  
& tectorum.*

*Fulda flu-  
minis ab-  
ductio &  
deriuatio.*

*S. Bonifacij  
sepulcrum  
ornat.  
Arca que  
dicta Re-  
quies.*

re. quā, vt tunc moris erat, pulcro opere cōdedit, quæ vsq; hodie su-  
per tumulū ipsius Christi Martyris, cum altari aureo, pseuerat. Ve-  
rū, quia vir iust⁹, & Deo pfect⁹, apud vniuersos magn⁹ & maximè a-  
pud Pippinū Regē habebatur, impetrauit suis apud ipsū Regē ser-  
monibus; habebat enim locū familiaritatis nō modicū, vt Fiscū, id  
est Omūstat\*, cū omnib⁹, quę in illavilla antiqui Reges possidebāt,

\* Omene.

B. St.

Omnistat

fūcum Re-

gis impe-

rat. a Pipi-

no.

Pipinus

moritur

anno DO-

mini DCGI

XVIII.

B. Sturmī-

us ut Pipi-

no se Ca-

rolo filio

carus.

Hamelen-

burgum

donat Ca-

valius M.S.

Sturmtoni.

B. Sturmī-

us legatus

Carolī in

Boiorū Thas-

phonē Du-

cem ei con-

ciliat.

Carolus M.

quapieta-

se & reli-

gione Saxo-

vicum

bellum

adorsus.

Saxonie in  
Parochias  
Episcopales  
vel diace-  
ses distribu-  
tio.  
Fuld An-  
tig. lib. 3 c 5  
B. Sturmī-  
us inter  
primos Sa-  
xonie Apo-  
tolus.

partim bellis, partim suasionibus, partim etiā muneribus, maxi-  
ma ex parte gentē illam ad fidem Christi conuertit. Et post non lō-  
gum tempus totam, puinciam illam in Parochias Episcopales diuisit;  
& seruos Dñi ad docendū & baptizandū potestatē dedit. Tūc pars  
maxima beato Sturmi, populi & terræ illius, ad procurādum com-  
mittitur. Suscepto igitur prædicationis officio, curā modis omnib⁹  
impēdit, qualiter non paruū Dño populū acquireret. Sed tēporib⁹.  
instabat oportunis, sacris eos sermonib⁹ docēs, vt idola & simulacra  
de-

derelinqueret; Christi fidē susciperet; Deorū suorū tēpla destrueret;  
 lucos succideret; sanctas quoq; basilicas edificarent. Quo cū multū  
 temporis p̄dicando & baptizādo cū suis Presbyteris p̄gisset, & p̄  
 regiones quasq; singulas Ecclesiās cōstruxisset, iterū postea Saxonū  
 gens praua & puera, à fide Christi deuiās, vanis se erroribus impli-  
 cauit, congregatoq; exercitu vltra fines suos egressa est, & vsque ad  
 Rhenū vastando & depopulādo cunctā puenit. Cumq; inde reuersi  
 essent, infesta cāde, quos cunque inuenire potuerunt, trucidarunt.  
 Quorum cū exercitus in Loganacīse, \* q; prope supradictum  
 Cōnobiū iacet, cōsedisset, conspirauerunt, vt lectā virorū multitu-  
 dinē, de exercitu ad ipsum Monasteriū mitteret, & cunctā, quae re-  
 perirēt, igni cōburerent, & seruos Dei ferro trucidarēt. Quod cum  
 cōperisset S. Sturmi, statim vocatis ad se fratrib⁹, periculum q; eis  
 iminebat, innotuit, & consiliū dedit, vt sancti Martyris corpore af-  
 sumpto, ad Hamelenburg p̄perassent. Ipse vero vir Dei Sturmi fo-  
 ras in Wedereiba prexit, studiū habens, si quo modo posset prauo-  
 rum conspirationē cohibere. Nos autē fratres discipuli eius, assum-  
 ptos sancti Martyris corpore de sepulcro, in quo annos vigintiquatu-  
 or positū fuerat, à Monasterio, cum vniuersis famulis Dei p̄fici-  
 cāpim⁹. Mansimus primā nocte ad proximā Cellā, vbi Fulda alueo  
 Fledenæ fluēta se miscent. Inde surgētes mane, ad vltiorem pue-  
 nimus Sinnā, ibiq; fiximus tentoriū, in quo sacratissimum Christi  
 Martyris statuimus corp⁹, & in circuitu milites Christi castra me-  
 tati sunt. Vbi cum in tabernaculistres exegim⁹ noctes, quarto iam  
 die legati nostri venerūt, qui referebāt, de parte & gente nostra nō  
 nullos cōgregatos, cōtra Saxones bellū inire, eosq; viētos ad p̄prias  
 aufugisse terras. Quod cū audissem⁹, sacra beati Martyris ossa sustu-  
 lim⁹, & gaudentes ad Monasteriū, vnde digressi sumus, reuertebā-  
 mur; & Dei Martyris sancta, sepulcro quo prius inerāt, ossa humauim-  
 us, Christo Dño gratias referētes, q; pace cōcessa, nostro Monaste-  
 rio inhabitare sineremur. Tūciterū Rex Karolus, ad cōfirmationē  
 inchoatē fidei Christianę, cū exercitu ad illā terrā prexit, & venerā  
 dum Sturmē infirmū iam senectute, fessū in Heresburg, ad tuendā  
 vrbe, cum socijs suis sedere iussit. Dispositis secundū voluntatem  
 suam vniuersis, Rex cum rediret, sanctū virū paucos dies post redi-  
 tum suum in supradicta vrbe sedere imperauit. Quo expleto, ad Mo-  
 nasteriū vir Dei redijt, habito secum Medico Dñi Regis Karoli, cui  
 nomen Wintarus \*, qui eius subueniret infirmitati. Dum vero qua-  
 dam die, artis suæ ei nescio quam potionem infuderat, cum qua  
 minuere debuit infirmitatem; sed ita auxit, vt validius & acrius  
 & lues acerba augeretur. Et anxius dicere cœpit, quod ei medi-  
 cus, qui minuere morbum debuerat, malum grāde irrogasset. Cur-

Idolatria  
 expugnat.

Presbyterio  
 comitatus  
 Ecclesiās cō-  
 rigit.

Saxonēs re-  
 cidiū post  
 cruentam  
 populatio-  
 nem, expro-  
 ma Fulda  
 si Monaste-  
 ria inten-  
 tant.

\* Pago vel  
 territorio:  
 Logana  
 tractus.

S. Stur-  
 mi suis sua-  
 der migra-  
 tionem.

S. Bonifacii

corpus post  
 24 an leua-  
 rum expo-  
 batur

Fledenare-  
>bus

S. marcius

Saxonibus  
 retro pulsis  
 adjuvare-  
 migrant

Fuldenenses.

Carolus M.  
 in Saxoniam

pugnatio-  
 via affu-  
 mit. B. Stur-  
 min.

Heresburg  
 sento fessis  
 deponit.

\* Vincen-  
 tius Carols  
 Medicus ab-  
 erratio in

S. Sturmi  
 curatio in

S. Stur-  
muss mor-  
tis praefatus  
ad se con-  
gregatio-  
nem ac-  
cessit.  
Affatur  
eammo-  
riens.

Remittit  
incurias.

Congrega-  
tio petit  
intercessio-  
nem post  
mortem  
sancto.

Addicte  
sub condi-  
tione.  
S. Sturmio-  
ni obissus.

tere citius ad ecclesiam iubet, omnes gloggas pariter moueri impe-  
rauit; & fratribus congregatis obitum suum cito ad futurum nun-  
ciare præcepit, & pro se enixius orare postulauit. Congregatâ prius  
omni familiâ, domum, in qua ipse iacebat, eam introduci fecit, at-  
que omnem congregationem his verbis adorsus est: Vos, inquit, ô  
fratres, studium meum cognouistis; qualiter usque in hodiernum  
diem, pro vestra utilitate & pace laborauit, & hoc maximè curauit,  
qualiter istud Monasterium, post obitum meum, perseverare in vo-  
luntate Christi valeret, & vos istic Domino seruire sincerè cum ca-  
ritate quiretis. O filij, nunc verò in incepto proposito, omnes dies  
vitæ vestræ perseverate; Deum altissimum pro me orate, &c., si quip-  
piam prauè apud vos egi, vel aliquem iniustè offendì, ignoscite, mi-  
hi; & ego cunctis ex intimo corde omnia conuicia, & omnes contu-  
melias meas ignosco, nec non & Lullo, qui mihi semper aduersabat-  
tur. Post ista, & alia nonnulla bona verba, fratribus valedicens, di-  
misit eos. Egressis ergo fratribus, cœpit vir sanctus acriter languesce-  
re, & ad suprema perurgeri. Erat vniuersis mæror, & tristitia magna  
animos obsidebat fratrum, qui solius Dei, lacrimabili voce, miseri-  
cordiam implorabant, & obitum sancti ac venerandi Abbatis sui  
Sturmi, maximis Domino commendabant precibus. Altera autem  
die, id est, xvi. Kal Ianuarij, ingrauescente languore, ad extrema  
deductus est. Circumstantibus vero nobis, & videntibus eius cele-  
rem fore exitum, aliquis è nobis exorsus est: Pater, inquit, nos non  
ambigimus, te ad Dominum migraturum, & ad vitam peruenire  
perennem; quapropter Paternitatem tuam deprecamur, ut nostri  
memorari digneris, & ibi pro discipulis tuis Domino preces funde-  
re, quomodo iustum confidimus nobis profuturum, quod talem  
præmittimus Patronum. Qui, subito, intuens nos: Exhibete, inquit,  
vos metipos dignos, & tales estote in vestris moribus, ut rite valeam  
pro vobis orare; & ita faciam, quod postulatis. Post verò verbahæc,  
sancta illa anima carne soluta est, & de ergastulo corporis erepta,  
bonis meritis repleta, migrauit ad Christum, cuius in perpetuum  
permanet regnum. Amen.

R. P. CHRISTOPHORI BROWERI S. I.

O B S E R V A T I O N E S

I N V I T A M

S. STVRMIONIS.

DE LIBELLO ET AEGI.  
LE ABBATE EIVS  
AVCTORE.

**L**IBELLVS hic ab Ægile successore S. Sturmij quarto in Abbatum ordine conscriptus est , stylo simplice quidem,& qui, vt S. Hieronymus loquitur , placentam non redoleat; ac graui ac prudente, vt ea tulit ætas. Is in prologo scipsum & opusculi argumentum indicauit : Sed Candidus quoque Presbyter Fuldensis , qui ipsius Ægilis acta, ver-su prosaque memorie tradidit , de eo sic scriptum fecit . *Lectionem libri illius, quem de vita supradicti (Sturmis) Abbatis & origine monasterij (Fuldensis) Christi largiente gratia, composuit, Fragmentis ad mensam recitari precepit.*

Angilthrudis virgo , cui liber inscriptus , tametsi ignota manet silentio maiorum , in Bischoffsheimensi forte vel Kizzingensi Parthenone vicino sub S. Liobæ aut Teclæ disciplina floruit.

Fidem libro suo Aegil adstruit , quia Sturmionis discipulus , testis etiam multorum oculatus . Apographum & exemplar , quo hic sumus vsi satis fidele subministravit , quem antelaudauit , Illustrissimus Princeps , & Reuerendiss. Episc. Bamberg. I. God. in cuius calcelibrarius profitebatur , scriptum abs se librum Anno Domini. M. CCCXVII.

Porrò plurimum mihi gratulatus sum , ea , quæ ex Wicelianis & *Vitam s.*  
Fuldensi Breuiario in III.lib. Antiq. Fuld. transtuleram , cum huius *Sturmij*  
libri veritate examussim conspirare , & non tam historiā , quam ver-*hac non dis-*  
bis ac orationis breuitate , interdum discrepare ; quo factum est , vt*crepare mul-*  
capita nostra ad harmoniam & consensum ostendendum , in mar-*tum abe-*  
gine placuerit exprimi . Neq; diffiteore esse , vbi Wicelium aliunde*dita in An-*  
apparet aliquid admiscuisse ; vt , cum B. Sturmium Cassinum adi-*tig Fuld.*  
isse , Monachos sibi , *non potus tantum fortioris, sed carnis abstinentiam*  
*indixisse* , commemorat . Quin , & illustrari multa nostra hinc posse ,*Rudolphus*  
præsertim , quoad S. Sturmionis abdicationem , & successores eius *in vita S.*  
a S. Lullo immislos , cur inficias eam ?  
*Lioba.*

S. Sturmionis Elogia , Etatem , aliaque , quæ ad ipsius vitam illu-  
strandam faciunt , vberitim alibi tradita , nemo hic à me requirat .

Iis, si quid noui & in rem utibile suspetet, adjiciam. Scholiorum instar aulogiediaiāzōw megī māāw, & minus anxiè, vel operose; scissum vel utaruūm exercens.

### EMBLEMA S. STVRMII.

JNTablino Fuldensis dicasterij asleruatur Liber Traditionum. J ante quingentos amplius annos Marquardi Abbatis studio concinnatus. In huius frontispicio Christus Saluator in hemicyclo sedens versiculum præfert.

Hi DOMINO cæli iungunt nos ore fideli.

Assistunt hinc S. Bonifacius, inde S. Sturmius & in schedis quas manutenent, quasq; Saluator excipit, hos item versiculos exhibet. Nempe S. Bonifacius prono corpore.

ACCIPE DONA DEVS NOBIS COLLATA Rogamus.

Inde B. Sturmius, eodem gestu, versiculum à Christo datum, manibus captat.

ME LACTAVERVNT SVA QVI VOBIS TRIBVERVNT.

Adoram Emblemmatis extimam, præscriptum. (NOS

FVLDA PER EGREGIOS HOS EST SVFFVLTAT PATRO-  
Ad extimam vtrinque. (MVS.

Ecce BONIFACIVS SACER, ET STVRMIS PATER AL-

### RELIQVIÆ S. STVRMII.

*S. Sturmii ossa prægrandia.*

DE ijs in antiquitatum lib. II. Interea propius inspiciendi copia fuit, cum anno MDCXIII, XII. Martij in gratiam Serenissimi Ducis Bauariæ V Vilhelmi, aliquot Sanctorū tumbarē reseratae sunt. Obseruaui huius S. corpus prægrandibus fissile contextum ossibus, quorum compluria extēpli ruina apparebat exportata. Nam ossibus permixta iacebant fragmina laterum, ex quibus vetus sepulcrum exstructum decorè fuit; opere tectorio & leuigato. In planu vnius lateris minio & rubricâ fucati ductus animaduerti litterarum & inscriptionis hoc caput.

S. STVRMI. ABB. FVLD.

### TEMPORVM NOTÆ IN VITA S. STVRMIONIS TANQVAM CANO- NES EXPRESSÆ.

*S. Sturmio quando factum Monachum.*

ANNO Incarn. Christi DCCXLIV. regnantibus in hac gente Francorum duobus fratribus Karlmanno & Pipino. Indict XII. Mense primo XII. die Mensis eiusdem, B. Sturmius sanctum Fuldense Monasterium ingressus est.

IV. In-

IV. Ingressionis anno ad locum prædictum Rōmam profectus  
est.

Romanus  
adit.

II. Anno peregrinationis Italicæ regressus est.

Redie.

X. Anno labente, postquam S. Sturmius ad hunc sanctum com-  
migravit locum, S. Bonifacius Regis & Christianorum consilio ad  
ulteriora Frisonum loca ingressus est. sequenti anno \* Martyrio  
affetus.

S. Bonifacij  
Martyriū  
\*DCCLV.

Anno Incarn. Dñi DCCLXVIII. regni sui XXIII. mortuus est Pipini  
Pipinus Pater Caroli Magni.

Pipini  
mors.

Anno IV. regni Carolus initio seruorum Dei consilio, in Saxo-  
nes expeditionem primam instruxit, assumptis ad gentis conuer-  
sionem vniuersis sacerdotibus, Abbatibus, Presbyteris, &c.

Caroli M.  
prima ex-  
peditio in  
Saxones.

Anno XXIV. depositionis suæ, S. Bonifacius metu Saxonicæ  
irruptionis, tumulo leuatus est Christi scilicet DCCLXXVIII.

S. Bonifa-  
cij eleua-  
tio.

## AN S. STVRMIO FVERIT AB- BAS HERSFELDENSIS.

ID Trithemius minimè ambiguus affirmat, in B. Lulli memoria, Hlusi vi-  
ror lib 3.  
c. 1. 9. 3. Hersfeldense Monasterium, scribens, à Lullo fundatum, eumque præ-  
fecisse Abbatem eidem Monasterio, Sanctum atque venerabilem Stur-  
mum. Sed vereor, ut lectori ceu pro ignoto verba dederit, quæ dari  
sibi non postulet. Certè, B. Lulli res à Sturmione nimium quam  
abiunctæ. & Hersfeldensis Abbatia serius initia coaluere, Carolo  
Magno iam tum florente, & reliquiis S. Vigberti eò Fritzlaria  
translatis. Narrat Lambertus loci domesticus ad annum DC CC  
XXX, basilicæ fundamenta primum iacta. Abbatia post primari-  
os conditores lego Fundatorem celebrari Ottonem Magnum. In  
conditione Magdeburgensis Archiepiscopatus, cum Otto Hal-  
berstadiensi Episcopo Hildevardo compensatione faceret satis,  
Hersfelden-  
sis Abba-  
tia origo.  
Basilica  
fundame-  
ta.  
Fundator  
Otto Mag.  
et si non  
primarius.  
adieciſſe fertur posſeſſionem, quam de Abbatia, in honore S. Vigberti in  
territorio Herouelsfeld conſtructa, acquisierat, cuius etiam Abbatia ipſe  
fundator erat. Verba sunt peruetusti Chronicī. Et obiter noto, libra-  
rium vitæ S. Sturmionis priſcam vocem Herofesfeldi iure suo paſſim  
cum recentiore permutasse.

Chron M.S.  
Hersf.

Sed quaeris tamen, vnde Trithemio in mentem venerit, S. Stur-  
mum eius loci facere Abbatem? Opinor ad primam loci origi-  
nem animum aduertisse. Vnde Serarius noster in Lullo, recte de  
S. Sturmio  
eius dictum  
Hersfeld.  
Abbas.

Herofesfeldiensis Monasterij primordijs, inchoasse cum S.

Bonifacio Sturmium; perfecisse  
Lullum.

**A N S . STVRMIO INTER CLERI-  
COS ET PRESBYTEROS S. BO.**

N I F A C I I .

*S. Sturmij  
educatio.  
Pag. 8. vita.  
in Hagiog.  
logio.  
Pradicatio.* **D**VBITET is, quia tenerum recordetur Friteslariensi monasterio sepositum, & a S. Wigberto Abate & antistite educatum. Sed manifestum est; ad S. Bonifacij nutum exijisse; & tribus annis Presbyteratus officium, prædicando, baptizando, gessisse.

*Adelber.  
sus hæreti-  
cus.  
\* an Caro.  
loman-  
num.  
Fulda re-  
clusus.  
Mogunti-  
ac re-  
rum lib. 3.  
nos. 32.* Narrat Wicelius ex actis S. Bonifacij MSS. VVillibaldo autore, B. Sturmium adhæssisse S. Bonifacio, quando cum Adelberto Gallo hæresiarcha, certamen initurus erat. Renicit S. Bonifacius disputando inquit Adelbertum. Nam is pene seduxerat \* Carolum. Porro ab eo conflictu dehortati fuerant Bonifacium sui Clerici. Lullus, Meginlaus, Sturmio, & alij. At ille responderat. Maior est, qui in nobis regnat quam Diabolus, qui illum (Adelbertum) possidet. Victum Adelbertum, addit, carcere Fuldensis Monasterij reclusum; & diu istuc vexatum. Quæ protectò, narratio, ostendit, pugnam contra Lernæam illam hydram, constituto iam tum monasterio, pugnatam; & forte in Synodorum tertia, quâ factus Archiepiscopus Moguntiacæ S. Bonifacius. Arguit etiam, diuerso exemplari usum VVicelium, à duobus ipsis, quæ S. VVillibaldin nomine Ingolstadij & Moguntiacæ edita sunt, in quorum neutro hæc historia legitur.

**NAVIGATIO FVLDAE.**

*S. Sturmius  
quantum  
spati⁹ ena-  
wigrit.* **P**AG. 9. & 10. Tribus locis S. Sturmio Fuldam nauigatam, superiorem & fontibus suis vicinam, memorat; quod in amne tam vorticoso, & vadis, fruticum fibris, & arborum truncis impedito, vix iam credibile putetur, certè non præstatur. Ut autem ex riuum ostijs, Luderæ & Gisilæ colligo, ab vsque Hersfeldica solitudine à septentrione in meridiem directi cursus ad xvi. millia passuum, at circumflexi duplo plus nauigando confecit. Memini à felicis recordationis Balthasaro Abbe Principem vicinum copiam petiisse dilatandi alueum, & fluuium hunc captandi nauigis commercisque; quod sine terrarum culti soli, & compasculorum ingeniti damno, fieri nequijset. Interim qualaxiore sinu fertur amnis descendens, ab vsque Hersfeldia benignius hoc inuentum vidimus, suum habuisse successum; quo delectatum sic ferunt Inuentorem, ut de Fuldana nauigatione hoc Pentastichon luderet.

*Fulda qua-  
sensu hac  
atate na-  
uigetur.*

*Hactenus in vanum fluxisti Fulda per orbem,  
Ruricolis solitus prata rigare tuis.*

*Squamis.*

Squamigerosque greges exte pescator habebat;

Et pecudes potum, prætereaque nihil.

Nunc tolerare rates poteris, nunc pandere vela,

Et peregrinorum nunc bona ferre virum.

Sic te Fulda, parens parat, atque Hersfeldius\* Abbas

Primus de Cattis nauita Mauritius.

Catti & Buchonij vobis ex flumine Fulda

Colligite, Oceanus quas habet altus opes.

Pag. 10. & 12. Ad Seleheim, ubi sanctum comperit Episcopum, & ad Seleheim petiturus Episcopum. Infelix in hac voce exprimenda codex Bäbergensis, ut in nonnullis alijs proprijs. Locus hic vicinus est Amc naburgo, ac Monasterio Friteslariensi; & pro domicilio seruisse videtur sancto Episcopo, vt in confinio Hassia & Thuringia prouide velut ex arce lustraret & circumspiceret omnia. Necdum enim tūc Moguntiae creatus erat Archiepiscopus. Verum Seleheim & prædia eo in loco ab Adelgero Clerico Bonifacio donata, celebrantur in actis Sancti ab Othlono.

## TRADITIO FVNDI IN QVO CON- DITVM FULDENSE MONA- STERIVM.

**F**AM traditionem Othlonus fere hinc in vitam S. Bonifacij transcripsit. Munifica res & regiae propensionis in Monasticum ordinem illustre exemplum.

Quaris. donante Rege Carolomanno, & Principu Palati⁹ summa consensione rem gerente, quid opus fuit consultis nobilibus Grapfeldiis? Responso in manu. quia etsi ius fundi supremum, Lege Salica Princeps dabant, uorattamen res mancipi & singulorum proprias excipi. Itaque & Dominos priuatos exorari voluit, vt suo exemplo, permisso Principis aruis fundos, liberaliter erogarent. Grapfeldios vero, non obscurum inter Francos orientales & Thuringos, populum, ad quem & Gregorij II. Pontificis extat Epistola, nūc pronūcio, accusas fuisse vastę solitudinis Buchonię, eosdemq; interfusos & nemori sic circumieatos, vt quamcunq; in partem pateret, & cultui se præberet, huic adsiderent Grapfeldij. Buchonios autem huius ætatis videamus plerosq; ipsum habitare nemus interlucatum, vbi S. Bonifacij tempore, mera solitudo fuit.

Pag. 15. Correptus morbo (S. Sturmius) apud Chizzinga Monasteriu. Othlonus de S. Bonifacio. Teclamiuxta flumen Moin, in locis Kissingē & Ochsenfort collocauit. Vtroq; ergo in Oppido Franciæ orientalis aggregatę virginē. Sane de priore Trithemius ad calcē Compēdij

\* Joachīmus, ultimus Abbas.

\* Maur. Hassia Landgravia. Seleheim S Bonifacij domiciliū Specula.

Seleheim Adelgeri clerics domum. Tom. 4. antiq lect. & edit. Mog. lib 2. cap. 21 consule notat. 27. in Mogunt. lib 3.

Grapfeldi ci nobiles cur adhibiti tradi- ni fundi Fuldensis. Grapfeldij signare pro dist.

Inter S. Bonifacij E- dit. Mogunt. 120 vbi vi de notis Nō col. Serarq. Buchonij huius atra- tis diuersi & Grab- feldijs.

Tom 4. antiq lect. lib. pag 422. Chizzinga vel Kitzinga ga Monaste rium vir- ginum.

voluminis Francicorum Chronicorum. Inter Monasteria virgininum,  
 quæ S. Bonifacius construxit adhuc eminet Monasterium in Oppido Kitzen  
Eius statu & conditio  
Marchionis ansa confis.  
Chizzicha villa.  
 gen iuxta Adogonum VVirtzeburgensis diœcesis, cui præfuit S. Virgo Hadelonga, quam Teclam nominauit, ex Anglia oriundam. Verum oppidum  
 hoc in manus traditum \* Principis nouitiæ religionis, hoc decus  
 etiam virginitatis ut solet amisit, vel contrivit. Nec temere ex hac  
 Sturmii mästione conieceris, inspectionis fuisse Fuldensis: præser-  
 tim cum ex Traditionum monumentis liqueat Fuldenſi Monaste-  
 riorum amplissimas obuenisse donationes; quarum partem in virgininum  
 hoc contubernium maiores deriuarint. in villa hac Chizzicha Pagi  
 Salagevve.

Pag 16. & seq.

## TRANSLATIO S. BONIFACII ET SOCIORVM MARTYRVM.

S. Eobani Episcopi epus amicus.  
Censura de translatione S. Bonifacij.  
Vita S. Bonifacij. Willibaldi cap. 10.  
Othlon eadie. Mog. cap. 27.  
 DE hac copiosè vitæ S. Bonifacij scriptores; & noster Serarius in suis Moguntiacis. Verum spicilegijs hîc Ægil adhuc locum reliquit. Nusquam enim tam disertè translationem ex vltiore Frisia in ciuitatem Vltraiecti factâ, expressum inueneris; sicut & S. Eobani Episcopi, cuius caput à trunco reuulsum, inueniri non potuisse, hic legis. Ceterum & B. Sturmium non Moguntiam solum, sed ad inferioris Rheni vñq; fluenta venienti Martyri pcessisse cum suis obuiâ. At quod vita, quæ Willibaldi circûfertur, & Othloni narratio consensu tradunt, ad signum campanæ sua sponte sonantis elatum Vltraiecto, id secus Ægil; permotos Vltraiectinos, vt euocationem cōcederent, quia feretrum sacrū nec leuare, nec loco mouere potuerint, cum in paratum Basilicę locum inferre moliebātur. Rursum, q; sine remigatiū labore, tricesima obitus sui die pductum aiunt, ad ciuitatē Moguntiam: Id Ægil perspicuè, nō sine tractu nauigij, pspero & leui transitu quidem, ad Moguntiā vrbem peruenisse, at tricesimo passionis eius die, ad Cœnobium Fulde deportatum.

Hochheim Lib. 2. edit. Mogunt. cap. 28. Ex translationibus memoria.  
Lib. 2 c. 7.  
 Pag 18. Hohheim. Nota hæc Moguntinæ ditionis ad Menum villa. vbi prima statio, vnum hic in Othloni actis obseruo; quando Clerus populusq; cum Lullo, pignoris sacri translationem prosequitur, aliquot locis, vbi eos meridiare & pernoctare contigit, memoriae depositionis huius, & Martyris honori, posteà cōstructas Ecclesias. Id quod laudato veterum Christianorum more factum, ne dubites. Germano Antifiodorensi sancto Episcopo Italiam obeunti, viuodum accidisse, Constantius presbyter meminit. Per omnes aggeres, quos in itinere suo illustratos reliquit, vñq; in hodiernum diem, vbi cumque aut orauit, aut docuit, oratoria, cellulae, & signa crucis elata p̄fusculgent.

Certe

Certè, quod ad Moeniani tractus iter haud procul Castello Hoff-  
hemio, loco, cui nomen Hiedekam, iuxta Krefftelium pagum, quæ  
verius Cruffthal à voragine viarum appellarunt, religione censuq; non  
obscrum oratorium ad viam militarem stetit, S. Bonifacij ho-  
nori dicatum; quod ab hoc S. Patroni aduentu nomen tulisse conij-  
ciunt, cum Hiedekam maiores dixisse putant, ceu Hihero kam,  
huc scilicet adueniebat S. Bonifacius.

Pag. 18. Lullo tantum famaeius bona dissipavit, & semper propter iniui-  
diam aduersus eum (Sturmium) faciebat.

Nolim te Lector, offendat, horum verborum asperitas; siue contentionem hic quandam agnosce, qualem meminisse potes, inter sanctos duos Apostolos exitisse Paulum & Barnabā. Danielis Prophetæ interpres \* inter illa genera tria rerū, quæ supra omnem sunt naturæ creatæ conditionē, rectè appendit ea, quæ dicimus Arcana cordium, puta intelligētiæ & voluntatis actiones, in quibus electio & Intentio numerantur; quæ vtrinq; & Lullo & Sturmioni occulta esse potuerunt, ita ut ambo delicti dolique mali fuerint expertes. Si enim caput & fontem inquirimus huius dissensionis, reperiemus B. Sturmium nobili stirpe virum, ex mente S. Bonifacij factum factumque, grandænum ætate, conspicuum virtute & auctoritate, priuatim apud suos, publicè gratosum apud reges, propositi sui quam maxime tenacem, Monasterij abs se inchoati, & in magnum fastigium adducti conseruassliberatem, munitumq; Regum & Zachariæ Pontificis priuilegio, nusquam imminentie cessisse Archiepiscopo Lullo. At Lullum amplitudine functionis, & ipsius Bonifacij commendatione instructum, pertinere ad se putasse res Monasterij Fuldensis, & repugnantem sibi S. Sturmium coercere vi Canonum. Vnde tandem illa secessio secuta, & Sturmionis abdicatio. Lege communem locum Ioannis Lorini Societ. nostræ in caput xv. Actorum Apostol.

Pag. 19. Vnnedica. suspectam hanc vocem esse monui. affinis Venetica. vel Ynda; sed diuinare mihi religio.

Pag. 22. Omnestat villa & fiscus Regis. Traditionum libro, numero xxii. extat huius Donationis exemplum, i: i. Id. Febr. Aurelianis ciuitate factæ, sine nota annali. Inter alia loquens ita Pippinus inducitur. Quapropter donamus nos deuoteque contradimus, pro anima nostræ remedio, & Fratris nostri Carolumanni commemoratione, ad Fuldense Monasterium, &c. quoddam prædium Omenestat nuncupatum in Pago Moy negovve, cum omnibus terminis & appendiciis suis, &c.

Pag. ead. Hamelenburg cum omnibus que ad illum fiscum pertinent. In charta donationis appellatur, Locus fisci nostri iuxta fluuim Salæ; Hamelburgo & si. beng.

S. Lulli est  
S. Sturmii  
dissidens.  
examina-  
tur.

Benedictus  
Perer.

Cur in Lul-  
lo non con-  
cesseris.

Cur auero  
S. Lullus S.  
Sturmianus  
laceſſeris.

Tradicio  
villa & fi-  
sii Omene-  
stat.

Caroli M.  
beneficia  
Hamelbur-  
go.

*Dietpach.  
Hunsfeldia.* & significatur, eodem tempore, vicina villa Dietpach, & Hunfeldia, quæ iam oppidulum, à Carolo huic Ecclesiæ dono cessisse.

S. STVRMIO LEGATVS PACIS AD THASSILO-  
NEM Duce*m* in Boicam.

Ibidem. Inter Karolum Regem Francorum & Thassilonem Noricæ Provinciae ducem per plurimos annos amicitiam statuit. Id sequutus nobilis Senatoris & Scriptoris rerum Boicarum autoritatem, ad annum DCCLXXV. retulero; cum anno superiore, scilicet regno Longobardico exutus Desiderius, cuius filiam Luitburgam in matrimonio habebat Thassilo, irritari potuit, præsertim inflammatus à Coniuge, ob tam atrocem casum Soceri. Hinc laudatus ille Scriptor, Boio Soceri calamitatem miserari licuisse, palam laceſſere auſum non fuisse. Sed otij & pacis huius fructum S. Sturmio quoque largiamur, qui Boiorum ex gente, domo clarus homo, iam virtute sua celsior, alienatum à Francis Thassilonis animum, usque ad annum Christi DCCLXXXI. intra quietem continuit.

Noricæ Provinciae dux. Ut S. Sturmio & Ægil ex Norica Provincia dicuntur oriundi. Vbi ex scholijs eruditis in vitam S. Seuerini ab Eugippio scriptā, obserues, Norici, quod latè patuit nomen, in Boiorum tandem ditionem migrasse, quo modo Paulus Diaconus dixit Noricorum Provinciam à Boiariorum populo inhabitari.

Pag. 22. *Saxonum irruptio & populatio*, ex anno quo S. Bonifacij corpus leuatum, facile colligitur, contigisse An. Christi DCC LXXXVIII. quo & Carolus absens in Hispaniam contra Saracenos exercitum duxerat.

Id clare attestantur Francorum veteres annales; ipsaque Caroli vita à P. Pithæo edita, huic Ægilis narrationi disertè adſtipulatur. Nam ex Regis absentia načtus occasionem, peruenisse usque ad Duriam seu Marcodurum; & secus Rhenum prædis actis, Ecclesijs Dei incensis, in Sanctimoniales exercuisse, quod dictu nefas. Inde nuncio accepto, turmam ex intima Gallia in se missam à Carolo, mox reuersos per Logenageue (*Aegil hic expreſſit Loganacinſe*) in partes Saxoniæ. Sequenti vero anno, quo s. Sturmius ad cœlum migrauit, Saxonum rebellionem vinci capi.

• § (o) Sc

*Sanones  
Carolo M.  
abente per  
Logane  
traditum  
Euchoniam  
petunt.  
\*Longene.*

I N D E X.



I N D E X.

*A*

<b>A</b> Delbertus hereticus Fulde reclusus.	28
Aegil Abbas Fuldensis. 5. 25. discipulus S. Sturmij: & Multorum qualibellus hic dicit, oculatus testis. 6. libelli huins auctor.	6. 25
Ahloch, vel Aichloch.	12. 13
Amanaburgum.	29

*B*

Bal: hasar Princeps Fuldensis.	28
S. Benedicti regula.	15. 16
S. Bonifacius obit Noricam. 7. probat consilium vocationis S. Sturmij. 8. vocat S. Sturmium ad se 9. It ad Carolomanum impetrandi pro Fuldense monasterio fundi causa. 13. crebro Fuldam inspicere solitus. 15. adparet, inbet quese Fuldam transferri.	27. 18. 30
S. Bonifacij, vaticinum de area Monasterij Fuldensis. 10. oratio ad Carolomanum. 13. adcessus ad nouellum Monasterium. 14. habitatio in Monte Episcopi. 14. Expeditio in Frisiā: Et martyrium. 16. corpus. 17. fit immobile; transfertur Mogontiā 17. 30. levatur & transportatur in Hochheim. 18. Fuldam 30. sepulchrum ornatur auro & argento. 21. S. Bonifacij corpus post 24. an. levatur obpericulum ingruentium Saxonum. 23. 26	

*C*

Carolomanni, & Principum palatijs ad sensus indonationem fundi.	13
Carolus M. donat Hammelburgum S. Sturmio. 22. 31. Qua pietate sit bellum adorsus Saxonicum. 22. 26. pugnaturus in Saxoniam adsumit S. Sturmi.	23
Candidus Monachus Fuldens.	25
Cella S. Sturmij in Hersfeld.	11
Chrichlari.	13. 14
Chizzinga, hodie Kitzingen.	15. 23
Contentio inter S. Lullum & S. Sturmium.	27. 31

*D*

Dietpach.

Z

32  
Emble-

## INDEX.

## E

<i>Emblema S. Sturmij.</i>	26
<i>S Eobanicorpus. 17. caput amissum.</i>	30

## F

<i>Flidenarius.</i>	23
<i>Friteslar.</i>	7. 29. 12.
<i>Fulda cœnobium.</i>	5. 17. 16. 14. 15. &c.
<i>Fulda fl. nauigatur. 13. 28. 29. dat nomen Monasterio.</i>	14
<i>Fuldeſe monasterium inchoatur an. DCCXLIV. 14. 23. traditur S. Lullo. 19.</i>	
<i>Fuldensis Monasterij area à Sturmione inuenta cœlesti instinctu.</i>	12
<i>Fuldensis Monasterij incrementum. 16. amplificatio post sepulturam S. Bonifacij. 18. schisma. 19. periculum. 23. Instauratio.</i>	21
<i>Fuldensis congregatio petit intercessionem S. Sturmij post eius mortem. 24.</i>	
<i>Fuldenses Monachi vini potuſe abdicant; &amp; cereuſam sanciunt. 15. modera-</i>	
<i>ratio eius decreti. 15. migrant; &amp; pulsis sedibus redcant. 23. consultant;</i>	
<i>&amp; orant pro restituendo S. Sturmo. 20. reiiciunt praefulem à B. Lullo mis-</i>	
<i>sum.</i>	10

## G

<i>Grapfelt 12. 13. &amp; quinam Grapfeldici nobiles; eorundem ad sensus in dona-</i>	
<i>tionem loci adificando Monasterio.</i>	29
<i>Gretzbach.</i>	12
<i>Gysalarius.</i>	14

## H

<i>Hammelburgum traditur monasterio Fuldensi.</i>	22. 31
<i>Hersfeld.</i>	12
<i>Hersfeldensis Abbatia. 8. Eius fundatores &amp; initia.</i>	26
<i>Hochheim.</i>	18. 30
<i>Hünfeldia.</i>	32

## I

<i>Ioachimus Ultimus Abbas Hersfeldensis.</i>	29
---	----

## K

<i>Kitzinga.</i>	29. 15. 25. 30
------------------	----------------

## L

<i>Lüderamannis Fuldam fl. intrat.</i>	9
<i>S. Lullus prohibet translationem S. Bonifacij Fuldam. 17. prosequitur eam</i>	
<i>cum Clero. 18. facit Fuldensibus potestatem eligendi noni Abbatis. 19. cur-</i>	
<i>baceſſuerit S. Sturmiū.</i>	30
<i>E. Lullicum S. Sturmo ſimultas.</i>	18

*B. Lullo*

I N D E X.

B. Lullo inputatur abdicatio S. Sturmij 19. Traditur Monasterium Ful-  
dense. 19

M.

Mauritius Hafia Landgrauins à Balthasare Abbate, petit nauigijis apta-	28
re Fulda.	21.17
Moguntia.	37
Moguntini nolunt à se transferri corpus S. Bonifacij.	29
Mauritij Landgrauij in Fulda nauigabilem, pentastichon.	23
Medici aberratio, in curatione B. Sturmionis.	

N.

Nobiles Grapfeldici.	13.29
----------------------	-------

O.

Omenstat traditar Monasterio Fuldense.	22.31
--	-------

P.

Pipinus, 19. 20. 22. redit cum Sturmio in gratiam: numen precatur ante ve-	
nationem. 20. moritur.	22.26
Preszoldus Abbas. 19. mittit ad Palatium repetentes Sturmin.	20
Preszoldi laudatum regimen.	19

R.

Ritus condonandi iniuriam.	20
----------------------------	----

S.

Saxonia in Parochias Episcopales distributio.	22
---	----

Saxones recidiui, extrema intentant Monasterio Fuldensi. 32. 23. conuer-	
tuntur.	23

Seleheim domicilium & specula S. Bonifacij.	29
---	----

Schema congressus, refectionis, colloquij, inter Sanctos Sturmium & Boni-	
facium.	10

S. Sturmius fundator Monasterij Fuldesis. s. quando factus Monachus. 26	
nobilis Noricus, offertur S. Bonifacio. 7. traditur S. Vigberto. 7. flagrat	
desiderio Eremi. 8. consiliū, Sancto Bonifacio aperit: venit Hersfeldiā. 8.	
manali & pedestri itinere Buchoniā lustrat 9. accedit S. Bonifacium Fri-	
deslaria: redit Hersfeldiam. 12. locum repertū narrat; Monasticen di-	
ficit à S. Bonifacio. 12. ad discendam regulam S. Benedicti mittitur	
in Italiam. 15. morbo decumbit. 15. s̄iſſit se S. Bonifacio. 15. fra-	
tribus dat precepta bene viuendi. 16. à suis columniam patitur. 18.	
à Pipino mittitur in exilium. 19. desiderium sui relinquit fratribus.	
19. reuocatur à Pipino ad palatium. 20. honorifice occursu à suis exci-	
pitan, 21. ornat sepulchrum S. Bonifacij. 21. Omenstat impetrat à	

I N D E X.

- Pipino. 22. Carus est Carolof. ut ifuerat Pipino. 22. Legatus in Bo<sup>30</sup>  
ios. Thasilonem Carolo M. conciliat. 22.23. Apostolus Saxonie. 23.  
Idolelatriam expugnat; Ecclesias erigit. 23. suadet suis migrationem  
ibid. mortis præscius congregationem acerbit, eamque adfatur moriens.  
24. remittit iniurias. 24, anfuerit Abbas Hersfeldensis, & unde  
id adserere permotus Trithemius 26. cur non cesserit B. Lullo Archie-  
pisc.  
S. Sturmij educatio, studium scripturarum. 7. 8. familiaritas cum S.  
Bonifacio. 8. ad Solitarios suos redditus. 9. hospitalitas. 10. nauiga-  
tio aduerso flumine. 10. iterata peruestigatio mansionis. 11. noctur-  
na permanso. 11. conuersatio. 18  
S. Sturmio exVVedereiba peritus viarum ductor obuenit. 12. contra-  
dicitur in occupatione sedis. 13. traditur regis condendi Monasterij.  
14. donatur Hammelburgum. 22  
S. Sturmium repetunt fratres. 20.21. adsumit Carolus M. 23  
AS. Sturmione, S. Monasterij Fuldensis area inuenta cœlesti insinectu. 12
- T.
- Thasilo Dux Boiorum. 22  
Thuringorum via militaris per Buchoniam, Mogontiam versus. 11
- V.
- Ultracectensium consilium de retinendo apud se corpore S. Bonifacij. 17  
Visum S. Bonifacij. 17. Eiusque adsertio. 18
- VV.
- S. VVigbertus Presbyter Fritslaria, 7. Eius reliquie tralata Hersfel-  
diam. 29
- VVedereiba. 12



VITA